causis id. col. ij. de reg. iur. **H**rimum tamen ruti⁹ est.

cio poterant

cio poterant contra tales procedere: et consequenter id eis inquisitoribus esse commune quibus eadem auctoritas impartitur. Reprehendit enim clericos illarum civitatum in quibus patres illi erant inquisitores: quod volentes plura sapere quod oporteat: ipsi inquisitoribus voluerint impedimentum prestare: ne contra premissas personas maleficas inquirere possent. Sic enim ibi dicit Pontifex post ea que supra induximus: interpositis tamen nonnullis. Tamen nonnulli clerici et laici illarum partium querentes plura sapere quod oporteat: pro eo quod in literis deputacionis/bonorum provincie/civitates dioeceses/terre/et alia loca predicta/illarumque portione ac excessus bonorum/nominatum et specificis expressa non fuerunt/illa sub eisdem partibus minime contineri. Et propterea prefatis inquisitoribus/provincijs/civitatibus/dioecibus/terris/et locis predictis, bonorum inquisitionis officij exequi non licet: et ad personarum earumdem super excessibus et criminibus antedictis/punitionem/incarcerationem/et correctionem admitti non debere/pernaciter asserere non erubescunt. Propter quod in provinciis/civitatibus/dioecibus/terris/et locis predictis/excessus et crimina bonorum non sine animarum earumdem evidenti iactura et eterne salutis dispendium remanent impunita. Nos igitur etc. Ecce quod scriberet eos reprehendit pontifex qui impedimentum prestabant inquisitoribus ne procederent contra tales. Ad utriusque summus pontifex non fecisset/nisi tales reprehensibiles essent. Neque ipsi impedimento illa pernitus reprehensione digni essent/nisi inquisitores officium suum exercere contra tales potuissent/auctoritate publica committere officio inquisitionis impartita. Quod etiam approbatur per alia que habentur in eisdem literis. Nam post predicta et nonnulla alia/sic in eis continetur. Proque portiori cautela. et infra. ipsasque personas quas in premissis culpabiles reperierint/intra earum demerita corrigere/incarcerare/punire et multare: necnon in singulis provinciis/rum bonorum parochialibus ecclesijs/verbum dei fideliter/populo quotiens expedierit ac eis visum fuerit preponere et predicare: omniaque alia et singula in premissis et circa ea necessaria et oportuna facere/et similiter exequi libere et licite valeant plenam ac liberam eadem auctoritate de novo concedimus facultatem. hec ibi. Notandum est enim in proposito id quod dicitur. de novo. Nam enim igitur ex sua ordinaria iurisdictione prius eandem facultatem inquisitores non alio modo habebant contra tales personas. Sed et quod omne ibi videtur scrupulum in hoc tollit est: quod predictae literae ad inquisitores Alemanie per maiorem parte tenoris consistunt: et directe sunt bone memorie Magistro Georgio de Casali quondam inquisitori Cremonensi per felicis Recor. Julium. ij. et eadem demum ad omnes inquisitores congregationis lombardie ordinis predictorum catorum extenduntur per apostolicas literas felicis memorie Recor. Adriani. vi. Quarum tenor talis est.

Adrianus papa. vi.

Alece filii Sal. et apostolicam benedictionem. Dudum vti nobis exponi fecisti per felicem Recor. Julium pp. ij. predecessorem nostrum/nō sine magna tunc animi sui displicentia/accepto quod

per quendam Georgium de Casali ordinis fratrum predicatorum professorem. et in civitate Cremonensi heretice pravitatis inquisitorem deputatum in nonnullis Lombardie partibus/et presertim in locis in quibus dicitur Georgius inquisitor deputatus erat reperere fuerunt quā plures viri: quosque sexus persone propter salutis immemores et a fide catholica deviantes/certam sectam facientes/fidem quam in sacris scripture baptismatis susceperant abnegantes/sancram crucem pedibus conculcantes/et opprobria super eam perpetrantes/ecclesiasticis et presertim eucharistie sacramentis abuteret/ diabolum in suum dominum et patronum assumentes/eiusque obedientiam et reverentiam exhibentes: suis incantationibus/carmine foris legibus aliisque nebandis superstitionibus homines animalia et fructus terre multipliciter ledentes aliaque plurima nebanda excessus et crimina eodem diabolo instigante committentes et perpetrantes/in animarum suarum periculum/divine maiestatis offensam/punitiosum quoque exemplum et scandalum plurimorum: contra quas cum (ut predictus Georgius tunc assereret) in dictis locis sue inquisitionis deputatus/prout ipsius Georgij incubebat officio ipse processisset/nonnulli autem tam clerici quam laici illarum partium/querentes plura sapere quod oporteret/permittit delicta ad eiusdem Georgij inquisitionis officium non pertinere temere asserere presumentes/in populo errores et scandala seminaverat: sicque eundem Georgium in populo odiosum reddere/et dicitur Georgij officium impedire conati fuerat/prout etiam tunc impediebant/ita quod per permittit/persone predictae delicta huiusmodi perpetrantes remanebant impuniti: et alie earum exemplo ad similia perpetranda quotidie inducebantur/in non modicum fidei opprobrium/animarum periculum/et scandalum plurimorum. dicitur predecessor volens ne inquisitionis officij exequutio quomodolibet retardaretur/et labes heretice pravitatis longius venena diffunderet providere/dicto Georgio per quasdam suas in forma brevis literas commisit et mandavit quatenus in locis eiusdem Georgij inquisitioni deputatis de excessibus huiusmodi cognoscere/et contra quascunque personas cuiuscunque conditionis et preeminentie forent/inquisitionis officium exercere et exequi/ipsasque personas quas in premissis culpabiles reperiret/vnicuique locorum ordinario vicarijs quatenus voluissent interesse/intra dictarum personarum demerita corrigere et punire deberet et valeret secundum modum contra alios hereticos a iure et sacris canonibus statutum: contradictores quoscunque per censuras ecclesiasticas et alia iuris remedia compescendo. Eos vero qui in premissis consilium auxilium vel favorem prestarent/prefatus predecessor eisdem indulgentijs vti et gaudere decrevit/ quibus cruce signati contra alios hereticos ex indulto apostolico eis concessis tunc gaudebant et utebantur prout in dictis literis plenius contineri dicitur. Et sicut eadem expositio subiungebat/non solum delicta et crimina huiusmodi contra fidem catholicam et christiani religionem sub iurisdictione inquisitoris Cremonensis committuntur et perpetrantur/led in omnibus alijs locis et dioecibus sub iurisdictione aliorum inquisitorum dicti ordinis congregationis lombardie

## De strigibus.

beretie in dies perpetrantur & committuntur. Et cum eadem sint delicta/eadez pfecto pvisione & castigatione eis sit iuxta earudem literarum renorem pvidendū. Quare tu sicut asseris in civitate Comēsi dicte pavitatis inq̄sitor deputatus existis/ tam tuo q̄z aliorum oīm dicitōrum ordinis & congregatiōis heretice pavitatis inq̄sitorū vbi libet cōmittitur supplicari vt lras predictas ad vos extēdere & ampliare/aliasq; desup oportune pvidere dignemur. Nos igitur bmoī supplicationibus inclinati/litēras p̄dictas cum oībus in eis cōtēntis clausulis in oībus & per omnia prout in eisdē literis cōtinetur/ad te & alios ordinis & p̄gregatiōis bmoī inq̄sitores/tam in presentiaz deputatos/q̄z in futurum p̄peruis futuris tēpōribus deputandos/acti tibi & cuilibet dictōz inq̄sitorū dīrigerent & directe fuissent/ap̄lica auctoritate renore presentiu extēdimus/ipsasq; lras tibi & illis vt p̄mittit eisdē auctoritate & renore concedimus. Non obstantibus oībus illis que idē Julius p̄decessor in dicitis lris voluit nō obstatē/ceterisq; p̄iis quibuscūq;. Et q̄ difficile foret presentes lras ad singula loca in q̄bus de eis fides forsan fuerit faciēda deferre/volumus & ap̄lica auctoritate decernimus q̄ ipsarū transumptis manu cuiuscūq; notarij publici subscriptis/et sigillo alicuius curie ecclesiastice seu p̄sone in dignitate ecclesiastica cōstitute munitis/in iudicio & alibi vbi opus fuerit eadem p̄suis fides adhibeatur/que adhiberetur eisdem presentibus/ si forent exhibire vel ostēse. Datum Rome apud sanctum Petrum sub anulo Piscatoris. Die. 20. Julij. 1523. Pontificatus nostri. Anno primo. Evangelista. A tergo vero.

Dilecto filio Rodesto Vincentino ordi. predicatōrum.

**Insuper** est breue apostolicū directū Dño Subnatorū Bon. Dño Alrobelo Ep̄o Polensī impetrari per Reverē. in christo p̄. frat̄e Hieronymum fauentinū ord. predicatōrum inq̄sitorē Parmensē anno Dñi 1524. 18. Jan. a moderno Summo Pontifice Clemēte. vij. In quo mentionē facit de heresi strigiatū/scr̄iptica p̄fato dño Subnatorū vt p̄dicto inq̄sitorū omnem fauorē p̄ster q̄ quosdam insectos p̄dicta heresi. Et incipit breue. Accepimus non sine animi ec. Hoc aut̄ non narrasset neq; talia iussisset sanctissimus dñs noster/si tales p̄sone. s. striges q̄ indicant heretice/non vere essent heretice. vel si ea que per ipsas fiunt & p̄pter que indicantur heretice/solum essent illusiones diaboli. Que quidem omnia non alia ratione constituta sunt/et iudicio inq̄sitorū heretice pavitatis cōmissa/nisi q̄ tales p̄sone mali que p̄ hec opera que facultatē excedunt humane potentie/ostendunt se pactū exp̄ssum habere cū diabolo/aut̄ apostatare a fide catholica. iuxta v̄bū dñi Aug. 26. q. 7. c. Nō obseruetis. & s̄m dñm Zbo. 2. In sard. di. 7. art. vii. & in ea. dist. cum sequunt oēs doctores Theologi. Et super Isa. c. 3. idem reperit dñus Zbo. inducens ēr dñm Aug. vt & alibi facit vbi hoc ip̄m docet. Et hoc aut̄ exp̄ssō pacto cū

demone habito/apostatare a fide sapientie/que ad be refim reducif. vt p̄s p. 8. Zbo. 21. q. 12. ar. 2. in argu. factio in p̄rium/dicuntur talia sortilega & diuinaria opera maleficorū/heresim sapere manifeste:& cōtra tales parratores horū operū/inq̄sitores habēt procedere. vt patet in. c. Accusatus. de heret. in. vi. Et per glo. & doct. ibi. in verbo saperēt. Hoc ip̄sum igitur q̄ videlicet inq̄sitores heretice pavitatis possint & debeant contra p̄dictos maleficos p̄cedere/aliter pbare minime s̄redo/ s̄ relinquo p̄o/manifesto tam p̄ ea que nunc dicta sunt/q̄z per alia plura que cuilibet vel mediocriter erudito facile possunt occurrere.

Que sit operis huius principalis intentio: quot ve sint in eodem sp̄aliter declaranda. Cap. 4.

**Principalis** aut̄ nostra intentio in hac q̄ōne est ostēdere/q̄ ea que dicunt fieri a strigib⁹ vera sunt p̄ magna parte: p̄o alia vero/co tantū mō vera esse cēsenda sunt quo p̄mittit rerū conditio. vt plenus declarabit. Et sic ea que contra tales ip̄sissimas p̄sonas faciunt inq̄sitores/cōuenienter & s̄m leges p̄cedunt. Et nullo minus opinio vulgi vel etiā nōnullorum sapientū/ qui tñ sacre Theologie expertes esse p̄uincunt/ & ob hoc oīa p̄dicta simplr negant que ad strigū impietatem sp̄cipue p̄tinent/licet in multis vana sit & irrōnabilia:quo ad aliqua tñ veritati iunctif. Eorum em̄ que a strigib⁹ fieri vel videri corporalr dicunt quedā non eo mō vera sunt quo ab ip̄s strigib⁹ extīstimatur. vt inferius declarabimus. Quia vō huius assumpti laboris principalis iutētio est vt ostēdamus q̄ō hoc esse vā vel falsa/ fidei catholice consonet vel ab ea deuict: & sic ad inq̄sitorū iudicium spectent talia vel non spectent. tria principaliter in hac q̄ōne probabim⁹. Primo q̄ hec que ab his p̄sonis asseruntur/non sunt p̄raria sacre scripture/sed potius s̄m eam sunt possibilianimo nō nulla his similia in sacris literis pandif contigisse. Scd̄o ex sacris etiā literis deducemus hec oīa quo ad relatum modum non posse fieri tantum in somnis. Tertio probabimus esse credendum ab omnib⁹ & nullatenus dubitandū eo modo ista cōrigere quo ab inq̄sitoribus asseruntur. In fine vero questionis argumēta in oppositum p̄inducta soluemus/ostēdentes in solutione p̄imi quomodo p̄dicta determinatio questionis nō aduersatur determinationi concilij Acquirensis/neq; p̄dicto cap. Ep̄i scopi. immo potius consonat. Circa p̄imū quoq; quod probare intendimus. sciēdum est q̄ tria sunt que principaliter asseruntur a strigibus fieri miranda per eas/& a nonnullis deceduntur/quasi vel impossibilia virtuti demonum/vel non facta seu s̄m/da pbibitōe diuina. Et tria alia sunt accessoria pariter non credita p̄ p̄dictos. Primum principale est delatio corporalis a demone/sive iusibiliter assistente/sive in forma cuiusuis bestie vel boīe transfigurato/etiam per longinqua spacia/vt asseritur. Accessorū huic est comedere/bibere/cōsare/omniq; generis voluptatibus perfrui vere & corporaliter Demoni in forma magni p̄ncipis apparenti/obsequi vel assistere/sidem quoq; catholicam sacra q; corā eo multipliciter cōtēnere. Scd̄m principale est apparitio demonū in forma humana vel etiam

etiam bestialiter parratio veneret opus eū eisdē p ap-  
parere ser? diuersitate diuersimode. Accessorium est  
omne aliud qd p eos expleri dicit in tali forma pre-  
sentis: pura reparatio ciborum aut liquorum que  
consumpta fuerint: suscitatio apparens animalis  
cuiusuis extrinxi atq; commesti. **Tertium** princi-  
pale est apparens conuersio virorum ac mulierum  
in caros. Accessorium est strigatio puerorum. Sed  
tamen hec omnia/bisq; similia (ad sanum tamen  
intellectum circa illozum aliqua) in sacris litteris  
habentur expresse/vel deducuntur ex eis apertissi-  
me/vel certe non aduersantur eisdem.

**H**omines a demonib? posse deferri ad longin-  
qua terrarum spatia: itidem facto huic accesso-  
rio: sacris litteris non contradicere: quin po-  
tius congruere. **Cap. 5<sup>m</sup>.**

**U**t autem manifestum fiat primum prin-  
cipale cum suo accessorio/pre-  
supponenda sunt duo ex doctrina Theologozū om-  
nium. Primum est. Quod quo ad motū localem/ma-  
teria rerum corporalium obedit angelis tam bo-  
nis q; etiam malis ad nutum. Hoc primo ponitur  
ab Augu. in 3<sup>o</sup> de trin. virtualiter. Quod si huius ve-  
ritatis plenam probationem forte desideras/vide  
sanctum Doctorem. l. q. cx. ar. ij. r. 3<sup>o</sup>. **Phoren. q. vi.**  
**ar. 3<sup>o</sup>.** **Da. q. xvi. ar. x. Ad libet. ix. art. v.** **Com**  
**est/ q; in demonib? naturalia māsere splēdidissima**  
**et in sua prima perfectione. Hoc docet Theologozū**  
**Princeps Dion. iij. ca. de diu. no. Pro quo vide**  
**Diuum Tho. l. q. lxxij. ar. 1. / 2<sup>o</sup>. d. vij. qd. ij. ar. 1.** **Et**  
**in questionibus de demonibus diffuse. Ex his autē**  
**duobus manifeste concluditur q; tam boni q; mali**  
**Angeli possunt homines deferre corporali de loco**  
**ad locum sine vlla difficultate. Quod ex his etiaz que**  
**per philosophiam circa celozum motum cognosci-**  
**mus/ comprobatur. Qui enim possunt mouere ce-**  
**los sicut de facto Angeli mouent etiam fm philo-**  
**sophos/ et magis fm sacros Theologos/ poterūt ho-**  
**minem de loco pro libito trāsferre ad quēcumq; di-**  
**stantem locum. licet maligni spiritus celos moue-**  
**re non possint/ non quidem ex defectu naturalis**  
**virtutis/ sed ex propria culpa. vt dicit san. Tho.**  
**Da. q. xvi. ar. x. Secundū sacros Theologos etiaz**  
**quilibet angelus montes et marinos pōt in ocea-**  
**noz demittere/ si a deo permittetur. Cur ergo nō**  
**poterunt demones qui bonis angelis in naturalib;**  
**bus pares sunt/ et plures eozū pluribus superiores/**  
**etiam montes et multo magis homines de loco ad**  
**locum omni facilitate trāsferre? Quod quidē esse**  
**factum aliqñ/ in bonis et in malis angelis in sacris**  
**litteris habet exemplum et testimonium. Exemplū**  
**quidem de bonis/ habemus Dan. 15<sup>o</sup> de angelo qui**  
**capillo capitis apprehensus Abachuc proberam**  
**ex iudea duxit in Babilonem in modico temporis**  
**spacio/ et itidem inde rediit. Quo ad malos vero**  
**habemus Mat. iij. de diabolo qui. D. Iesum as-**  
**sumpsit/ et statuit eum supra pinnaculum templi**  
**et inde etiam assumptum duxit supra montem ex-**  
**celsum/ ipso Domino permittente ob illius ma-**  
**lozem confusionem/ dum in oibus victus abcessit.**  
**Testimonium quoq; de potentia diaboli ex sacris**  
**litteris habemus. Job. 41. dicente domino q; nō est**  
**potestas super terram que ei valeat cōparari. Que**

etiam q; magna sit apparuit precipue in his que  
fecit contra ipsum sanctus virū Job in impercep-  
tibili sere tempora: vt nulla sit ratio quare non  
possint omnes demones pari virtute facere quod  
minus est/ deferendo. scilicet corpora humana de lo-  
co ad locum etiam longinquum. **e** Unde si **Dr.**  
medarij possunt cito deferre homines/ vt commu-  
niter dicitur/ multo magis demones: quozum mini-  
mus posset tale quid citius et forti<sup>o</sup> efficere q; mille  
milia **Dr.** medarij simul. Neq; enim lassitudinem  
aut fatigationem patitur quod corpus non est. **De**  
**bonozum etiaz potentia non minori/ ratio suadet/**  
**nec non historie subuerfionis quinq; ciuitatum in**  
**valle maris mortui Gen. xix. et occisionis exerci-**  
**tus senacherib Isa. xxxvij. apertissime pandunt.**  
**Idem quod supra confirmari potest ex antenfica**  
**et a tota ecclesia celebrata historia sancti Jacobi**  
**Apostoli/ dum iussu eiusdem Apostoli demon lber-**  
**mogenem magum ligatum de domo propria ad do-**  
**num beati Jacobi per aera deduxit. Legitur etiā**  
**de sancto Ambrosio q; ex Mediolano spacio triuz**  
**horarum a Demone Romam delatus fuit/ ipso san-**  
**cto viro precipiente/ et inde Mediolanū reductus**  
**est ab eodem/ quatenus potentia sanctorum super**  
**demones ita pateficeret. De deportatione etiam ho-**  
**minum a demonibus per aera virtute magice ar-**  
**tis/ optimum affert testimonium veridica historia**  
**sancti Petri Apostoli/ et quod in itinerario san-**  
**cti Clementis legitur/ de illo pessimo viro Symo-**  
**ne mago/ qui se deponari fecit a demonibus visi-**  
**biliter per aera quasi celum conscenderet. Quem**  
**Paulus orationibus/ et Petrus precepto facto de**  
**monibus/ elisit ad terras: et toto fractus corpore ex-**  
**pirauit. Sed et necromantum vniūsozū testimo-**  
**nium idem confirmat cum Auic. in lib. de Micro-**  
**mantia/ vt recitat Augu. nīphus in Lomen. suo**  
**super terra dispū. dubij. xvij. Omitto que narra-**  
**tur in malleo maleficarum id genus plurima. Suf-**  
**ficit enim per hec innotuisse propositum manife-**  
**ste. Dicere autem q; deus hec non permittat in**  
**strigib? est loqui sine ratione/ cum deus multo ma-**  
**iora mala permiserit/ exigente sic malicia non ri-**  
**mentium eum. prout fuit Angelozum irrepara-**  
**bilis casus: et primozum parentum inimo totius qdes ab**  
**humanis generis extrinseca ruina. Iudicia quippe bndi ex**  
**dei inscrutabilia sunt: et illa deum permittere con-**  
**emptis fireri debemus/ quecumq; comprobantur testimo-**  
**nio fideli accidere/ sanctorum precipue scriptura/**  
**pruf ar**  
**rum. b** virozum sapientum/ et multitudinis testū gumētū  
iuratozū sensu non carentium. **Accessozum summi**  
autem/ ipso principali constante/ iam ex seipso posse ne-  
ter. **Posunt enim homines sic delati/ domos in/**  
**mo ibit**  
**gredi preapertis ianuis a demone vñ fenestris/ et ab inficiis.**  
**eodem preparata summere alimēta/ frūiq; delitijs**  
**Et pser**  
**prout alij faciunt vigilantes. et idem dicendum de no. p. gl.**  
**consequentibus actibus. Opere demonum etiam et Bem-**  
**eozum qui de domo tali sunt/ potest sopoz profun/ in ca. fi.**  
**dari dum dormiunt/ per causatam in eis resolutio xx. dist.**  
**nam vaporum cerebrum perentum/ vel per quā/ Et abb.**  
**cunq; aliam dispositionem corporam. vt interim f. c. Af/**  
**non audiant sonos aut strepitus qui accidunt ex ferre in**  
**predicis motibus. Posunt etiam obstaculum ali p no. de**  
**quod apponere oculis et auribus vigilantū/ quod psump-**

**g** **CA** **d**  
hoc faci  
unt que  
habent  
in regu.  
cui isq;  
est min<sup>o</sup>  
d re. iii.  
l. vi. vbi  
late per  
moder.  
ff. eo. ti.

**b** **CA** **n**  
bilis casus:  
et primozum  
parentum  
inimo totius  
qdes ab  
humanis  
generis  
extrinseca  
ruina. Iudicia  
quippe  
bndi ex  
dei  
inscrutabilia  
sunt: et illa  
deum  
permittere  
con-

emptis  
fireri  
debemus/  
quecumq;  
comprobantur  
testimo-  
nio  
fideli  
accidere/  
sanctorum  
precipue  
scriptura/  
pruf ar  
rum.

## De strigibus.

nihilominus ab astantibus non percipiatur. Hæc enim et his similia plurima posse demones efficere/clarum est apud exercitatos in sacris litteris et Theologia: et ex secundo supposito facile deducuntur. Quum autem tales persone sint diabolice/ habentes scilicet pacta infidelis amicitie cum demonibus sicut dicitur in 2<sup>o</sup> de voc. Christiana. quod et registratur a D<sup>no</sup> Gratiano. xxvi. q. ij. Illud. Et consequenter sint apostate a fide. ut dicit Aug. dicit ca. 3<sup>o</sup>. et a Theologis confirmatur: ut supra inductum est: non est mirum si sic vigilantes et in consortio demonum in humana specie ibi etiam apparentium negant fidem et Baptismum/ conculant crucem pedibus vel etiam posterioribus suis: et vituperijs diversis afficiunt sanctissimum corpus Domini nostri Jesu Christi in sacramento altaris/ per eadem illuc depositatum. faciunt homagium diabolo de anima et corpore suo/ et quandoque filiorum suorum: promittunt strigare pueros/ et id omni desiderio studioque perficere saragunt. Hæc enim omnia cum ex probabili consequentia se habeant ad premissa ut effectus ad causam: nisi plurimorum testimonio esse vera probetur/ non sunt neganda. Sunt autem innumerabiles inquisitionum processus contra eos facti qui se pluries talia perpetrasse corporaliter sub iuramento confessi sunt. Unde patet quod omni procul dubio sunt credenda.

Demonibus hominibus apparere posse in forma humana/ et in brutis/ ipsosque se prebere in cubos eisdem et succubos. Cap. 6<sup>o</sup>.

**Secundum** etiam principale circa primam partem questionis considerandi/ quod videlicet in forma humana vel etiam bestiali possint demones apparere/ habet ex sacris litteris exempla simul et testimonia. Sed ad huius declarationem oportet supponere unum. quod quidem ex 2<sup>o</sup> supposito facto supra primo principali/ facile sequitur/ quo etiam superius vsumus. videlicet quod quicquid dicitur de bonis angelis quo ad potentiam naturalem esse possibile/ est etiam possibile naturaliter malis. Naturalia enim in eis ipsedidissima remansere post culpam sicut Dion. ut supra inductum est. Patet autem ex sacris litteris angelos bonos posse assumere corpora aerea/ sicutque densare ut humana videantur. sicut patet Iudicij 13<sup>o</sup>. de Angelo qui apparuit Manne in forma iuvenis loquentis et predicantis ortum Sampsonis iudicis Israel. Ex eo enim quod dicitur ibi. apparuit ei vir terribilis nimis/ et ex eo quod loquutus est cum eis/ et quod ipse Manue offerebat ei cibum: patet expresse quod in humana ei forma apparuit. Idem etiam evidenter manifestat in angelo Raphaelle de quo Thobie ca. 9<sup>o</sup>. dicitur. Egressus Thobias invenit iuvenem splendidum stantem precintum/ et quasi paratum ad ambulandum: et ignorans quod Angelus dei esset/ salutarit eum etc. Ca. quoque 9<sup>o</sup>. eiusdem libri dicitur. Vocavit Thobias Angelum quem quidam hominem existimabat etc. Et non fuit mirum quod sic extiraret: quia non solum figuram humanam precebat/ sed etiam omnia opera humana exercere videbatur. ut patet in historia illa/ et ipsemet Angelus testatur ibi. c. xij. dicens. Cum essem vobiscum videbar quidem manducare et bibere/ sed ego cibo

invisibili vtor etc. Ex quibus omnibus patet quod in figura corporis humani apparebant angeli sanctis patribus. et nihilominus fuisse aerea talia que videbantur humana corpora/ ex hoc manifestum sit quod subito ex oculis astantium emanaverunt: et in materiam preiacentem resoluta sunt. Quod quidem fieri non potuisset si ex quocumque alio elemento vel etiam ex pluribus fuissent compacta. Hæc eadem confirmantur in apparitione duorum angelorum quos Job recepit hospicio. Gen. xix. et eorum qui apparuerunt Abraam. Gen. xvij. et in alijs libris sacre scripture/ et precipue in testamento novo frequentius idem patet. In bestiarum autem similitudinem assumpsisse corpora bonos angelos non legitur: sed neque decebat. licet bestiarum movisse corpora ad operandum ea que supra illarum naturam erant/ legamus. Et patet de aethiopia Balaam. Numeri. xxij. cuius linguam bonus angelus (ut preclarioribus doctoribus exponunt/ et S. Tho. confirmat 2<sup>o</sup>. dist. vij. ar. 3<sup>o</sup>.) movit ad loquendum. Malos autem angelos posse in similitudines bestiarum ex aere formare corpora que assumunt/ habet nullus negare. Si (ut deductus est) possunt sicut et boni talia formare que bestiarum similitudinem preferant/ quod creditur factus a demone qui temptavit Christum dominum nostrum. Maior enim in hoc facto est difficultas quantum est ex parte eius quod fit/ quando quidem plurima organa/ pluresque dispositiones ad opera requirunt corpus humanum/ quod quocumque bestiale. ut sensu patet: exigente hoc ipsum hominis dignitate super cetera animalia. Sed et teste Apostolo secunde 1<sup>o</sup> Cor. xi. se transfiguravit in angelum lucis. quanto magis ergo potest in speciem vilissimorum animalium se transformare. Quod et sanctorum historiæ/ Anthonij/ Margarite/ Catherine Senensis et aliorum plurium confirmant expresse/ ut id negare iam magne sit impudencie. Inhabitasse quoque demones ad tempus animalia vera corporaliter/ sacre littere pandunt tam in serpente Gen. 2<sup>o</sup>. in quo et opera vite exercebat hominibus propriis/ ut loqui: quod in grege porcorum. Math. vij. Quod inhabitent etiam et arripiant homines/ sacre quoque littere nos erudiunt. quando quidem legitur pluries in evangelio dominum nostrum homines a demonibus liberasse. Qui etiam per ora talium arreptitiorum confitebantur dominum Jesum esse Christum. et ille increpans non sinebat ea. scilicet ventonia loqui. Sed et id ipsum quotidiana de multitudine arreptitiorum experientia probat. ad quorum etiam liberationem et ipsorum demonum ab hominum corporibus expulsionem sancta Mater ecclesia statuit clericorum exorcistarum determinatum ordinem. ut patet. xxi. dist. ca. Cleros. et xxv. dist. ca. perlectis/ ut iam nullus maneat infideli locus. Hæc tamen minus sunt ad propositum questionis/ sed pro tanto dicuntur/ ut cognoscatur ex his demonis potestas/ in transfigurando videlicet se tam in humanam quam in bestialem figuram sine difficultate/ obediens illi materia ad nutum quoad motum localem. ut dictum est. in hoc quod potest etiam contra voluntatem et libertatem hominis omnia illius membra monere pro voto.

CLD



**Ad** etiam demones. incubi sint vel succubi qđ in hoc etiam secundo principali continetur/ licet nullum de hoc habeatur exemplum in sacris litteris aut aliqua expressa auctoritas: nihilominus tales esse variue asserunt oēs Doctores Theologi. et precipue dum exponentes illud gen. 6. videntes filij dei filias hominum &c. reprobant quorūdam opinionem dicentium qđ filij dei a quibus Gigantes generati sunt/demones incubi fuerunt. Dicit enim Augu. super Gen. ad litteras. et 15. de ciui. dei. ca. 23. qđ tales non fuerunt demones. Neq; n. demones vocari possunt filij dei/cum sint inimici eius/nec de incubis demonibus intelligit illa scriptura: licet quedam glo. hoc tibi cuz Josepho asserat: sed intelligitur de filijs Seth. vt dicit. s. Th. 2. d. 5. ar. 4. ad 2. Nec approbat tibi opinionem Josephi: sed solum tam ex ea qđ ex alioqum plurimorum dictis/approbat dari demones incubos. Idem qđ dicitur de filijs Seth. confirmat. s. Th. pot. q. 6. ar. 8. ad 2. in contrarium. Et Augu. in prefato. ca. 23. asserit dari incubos demones. vt in fra inducemus. De quibus etiam Greg. interpre- tatur illud Ihu. 34. Et pilosus clamabat alter ad alterum. vt parer in glo. ordi. Et. s. Tho. de eisdes interpretatur eadem verba ibi. et etiam in ca. 13. vbi circa finem capituli. homines illi pilosi etiam introducuntur. De eisdem etiam loquitur super Job. 40. et 1. q. 115. et 2. d. 8. vt diximus. et quodlibet. 8. ar. 10. Ihsidorus quoq; li. 3. ca. vltimo. Ad si incubi conceduntur: succubos etiam concedere/ nullum est incōueniens. Hoc aut iusto dei permittitur iudicio/ vt ex maiori vtriusq; malicia/ hōs inquam et demonis/ maiorem etiam penam incur- rant. Neq; inconuenit hoc ipsuz a deo tamer si ne- pbandissimum in natura permitti. Nam diuine sapientie decentissimum ordo non paritur/ vt natu- ra libera semper impediat a deo quo minus pra- ue etiam sue cupiditatis compos efficiatur: qđ v- delict in rātam deuenere miseriam homines im- pīssimi/ vt vnde misericordiam dei reuocantis a malo erga se prouocent/habeant nihil. In tantas enim concupiscētie carnalis vassaniam nonnulli decidunt/ sic effrenata libidine fertuntur insani/ vt concupiscant et annitantur et cum bestijs/ inimo cuz insensibilibus quandoq; tale opus perficere. Et qđ cogitatu nebandissimū est/ audiri ego quē- dam alias in confessione supra quam dici possēt li- bidinosum/ qui dixerat qđ cum deo (prophēdoz) faceret talia opera si possēt. Hac ergo insuperabi- li concupiscētia grauati/ iusto dei iudicio merent vt non perbozreant feridissimos demonum occur- sus: qđ quidem demones ipsi in forma pulcherri- ma virozum ac mulierum se transfigurant/ vt mi- seras animas his laqueis captiuare possint.

**Demones** virtute sua naturali posse queq; perdita seu destructa/ non eadem numero. sed specie/ non solum in apparentia/ sed vere etiaz recuperare. Cap. 7<sup>m</sup>.

**Primum** vero qđ huic principali quo ad primā eius partem accessozuz est/ demones inquam in humana forma apparen- tes recuperare que cōmesta sunt vel alr cōsumpta in diabólico illo puentu/ parer nō esse vsq; qua qđ

falsum vel impossibile. **Proffant**. n. eadē specie re- cuperare/ nō numero: qđ ē humane subiacet po- testati. Hec aut demones mirabilis efficere pnt qđ hōes. qđ quidam inducit eodē supposito semp factu/ materiam in quā corporale pro voro parere demonibus quo ad motū localem. **Proffant** ergo demones in modico tps intervallo similes panes in copbino/ simile vinum aut ē melius vel dete- rius in vegetem transportare. Et idem dicēdū de alijs comestibilib; et p singula ex diuersis locis/ et ex singulis modicū/ vt defect<sup>o</sup> in singulis ē min<sup>o</sup> appareat/ et oīa simul accepta sufficiant pro cōmu- tatiōe eius qđ est consumptum. **Aliud** vero qđ consequenter inducitur accessozium/ sano modo putandus est euenire. Neq; n. pōt demon bouem vel qđcunq; aliud mortuum suscitare. Id. n. non nisi diuina virtute fieri pōtq; id est supra. immo cōtra cursum nature: qui nature ordo vel cursus/ auctozī nature dūtaxat subiectus est/ a cuius etiā sapientia emanauit/ atq; firmatus est. Demonia autē prās tali ordini subiecta est. vnde ipsam im- mutare nō pōt. Et propter hoc dicit a Theologis. qđ licet materia corporalis obediat ad nutū demo- nibus quo ad motū localem: non tū quo ad formā immediate producendā seu ē educendā de potē- tia materie. Hoc. n. esset ordinē nature peruertere/ quo per varias dispositiones peruenitur ad eē formatū. Vide pro hoc si placet. s. Tho. in qōnib; de Ma. q. 16. ar. 9. Sed neq; ad motū localem obe- dit eis materia nature ordinē. Quī qđ est ex parte fortitudinis naturalis possēt demon totam terre molem non obstante illius grauitate de loco ad locū trāsserre: qđ tū ex hoc peruerteret ordo na- ture/ oporteret. n. eo casu ne varet vacuum in nā/ aliud elementū locū terre subintrare/ et fieri cētrū mundi/ qđ est nature ordinē sitū elementoz; ideo nō pōt demon terrā mouere totā de loco ad locū. vt dicit ē. s. Tho. vbi. s. ar. 10. ad. 8. qđuis creatura spūalis possit mouere qđ maius est. s. ce- lum/ et idē possint nāliter demones et hi precipue qui ex superioribus ordinibus ceciderūt/ licet hoc eis nūc impossibile reddatur ex culpa/ vt. s. indu- ctū est. Cum igit non possint demones bouem vel quāuis animal vere mortuū suscitare/ aut quecūq; alia miracula facere/ et tū bec cōiter asserāt striges fieri a Domina vel Domino nefandissimi illius cursus atq; conuentus: necesse est qđ in talibus in- ueniant illusiōes. Ad qđē multiplē cōtingere pr. **Et primo** quidē prestigiando oculos intuetiū/ aliquo interueniente vel descendēte humore vel alia impressione vel cōmōtione spirituz facta ab imaginatione ad principiū sensitium/ hoc est ad sensum cōmē/ et ad organa sensuum ē exterioruz. vbi simul descendūt impressiones et spēs relicte ex sensibilibus motiōibus que in spiribus sensibili- bus cōseruant. vt cōiter dī. et mouent principiū apprehensiuū/ ita qđ aliqua apparēt: ac si tūc prin- cipiū sensitium a rebus ipsis exterioribus immanu- raret: et sic accidūt nālī in dormiētib; somnia s; philosophū. i. de som. et vig. Et idē euenire pr ope- re diaboli taz vigilāribus qđ dormiētib; vt dicit s. Th. vbi. s. ar. xi. et p; rōne sepe iuducta de obediē- tia mātē qđ ad localem motū ad substantias separas.

ca. 5<sup>o</sup>.

## De strigibus.

Hoc igitur delusione stringere / vñ dicitur id esse / qd in veritate nō est / pura virtus vel motum / hō vel bos &c. **C**hosunt 2<sup>o</sup> bouem mortuū seu pel- las eius ac ossa alio deponere / r alium sibi similes vñ reponere in circūmo tpe / sic vt mutationem non aduertant astantes / per interpositionem ali- quoz corporū inter oculos astantium / r locū ablati corporis ipsius bouis mortuū / r alteri<sup>o</sup> deponati. **C**el certe 3<sup>o</sup> deludit diabolus perditas illas per- sonas / eo modo quo vnus ēr strigonus cōfessus est / vt vs qñ Dominus vel Dñs curfus ill<sup>o</sup> maledicti. (vñ versu. n. in locis ac regionibus presert obabo- lus ille quī vt princeps apparet / sexum diuersus) percutit virga coriū in quo collecta sunt ossa ex carnibus cōmestis electa / statim demon vnus cor- ris illud ingreditur / r in formā bouis sic erigit ac effert / vt astantibus appareat suscitatus.

**C**hosunt 4<sup>o</sup> demones formare corpus ad similitu- dinem bouis ex aere / r illud assumendo quasi vinum ex mortuo oculis astantibus p̄monstrare.

**C**hos 5<sup>o</sup> diabolus aereū corpus ab intus in for- mam r similitudinē carniū cōmāssare / r ad r̄p̄o pro voto sub pellibus cōseruare / vñ deq; recedēdo postmodū relinquere quasi mortuum. **E**nde a strigō cōter afferit q̄ reducti rates boues suscitari (vt sibi vñ) ad stabula dñozū s̄ozum ex mandato dñe vel dñi curfus. f. triduum moriunt / quasi nia- cle in horis exlesent ex toto. **E**t tumulate postmo- dum que videbantur carnes / in p̄iacentes mām cōto soluantur. **H**is itaq; modis vel alioz aliquo- circa hec boues deludū qui vere r corporaliter du- cant ad cursum / nō est negandū / s̄ suppositis his que cōter afferunt a strigibus / est valde consenta- ned rōni. **G**audetq; diabolus r gestit in tali con- uentū sic ostendere potēt iam suam quasi sit deus / vt extimari r sic ab omnib<sup>o</sup> adorari cupiat super- bissimus. **I**n quo etiam facto specialiter similitu- dinem p̄tendere desi. **J**er. at qd miraculose fecit. s. **B**ermanus / de quo legitur q̄ hospitis pau- peris vitulum coctum / sibiq; ac familie sue in ci- bum traditum / ab eodem hospite gratis / ipse post cenam suscitauit hoc ordine / vt pellem super ter- ram extendi iusserit / r super eā omnia iam extra- cta bouis ossa reponere. **C**ū ergo suo baculo post hec corium percussisset / vinum statim erexit vitu- lum p̄cōmestum. **S**ole igitur inimicus animarū / se propriis p̄tēre fingere potentem id efficere / qd sanctus ille vere fecit virtute diuina. **N**ō sunt igitur ista neganda velut impossibilia / sed si cō- ter corrigisse creduntur / his modis esse factatq; atq; iusto dei iudicio permissa / proculdubio cre- dendum est.

**C**iros ac mulieres in brutoz quomocunq; speciem virtute demonum non vere conuer- tit sed delusit. **Lap. 8<sup>o</sup>.**

**Quantum** aures ad 3<sup>o</sup> principale / q̄ vs homines in brutoz species apparere possunt / in quas tñ vere nō conuertunt / suscipit pariter ex sacris litteris veritatis eccl̄plū / r ex supradictis patet q̄ nō impossibile iudicadū est / immo demonibus facile. **P**ro quo scien. **I**us q̄ cum p̄bāntia sit anime potentia quedam alligata organo corporali / in quo p̄bāntia recipi-

tur / potest itaq; diabolus sicut cetera corporalia localiter ad nutum moueri / r p̄cepto: **Q**um ad humores r spiritus ei subseruientes in quibus immediate p̄bāntia reſidēt / vt. s. in ductum est. **E**nde is nō possunt nona p̄bāntia / perūq; nouas in ea species atq; similitudines im- mediate imprimere / vt patet per. s. **T**ho. 1<sup>o</sup>. 2<sup>o</sup>. q. xvi. ar. ix. p̄r tñ antiqua multipliciter variare / ob- p̄nēdo / diuidendo / sicq; perturbando / vt videat qñq; per sona q̄ brutalem p̄ferat figurā r opera / etiam vigilando. **Q**um vñ affectus app̄bēſio- nem sequantur / consequens est vt illis appareant conuenientia fore vel vtilia / que tali brutali natu- re cōsentanea sunt. **N**ō de facto Regi magno Ho- buchodonoso: accidisse / sacre littere p̄dūt. **D**an- tñ. **Q**ui quidem ex hominibus cicctus / quasi boe edebat senum / r sub dño in nemoribus brutalent- vram per septēntium agens / rore celli corpus etiam perfundebatur / humano sensu perditos / r ex p̄bā- tate perturbatione / brutali sensu confusus. **D**i- citur etiam vbi. s. **N**ō post finē dierum quibus. s. comederat senoni vt bos &c. sensus suus reddi- tus est sibi / r benedixit altissimo &c. **Q**ue quidem alius correctio atq; pena / angelico ministerio diu- na eidem iustitia inflata est. vt vñ hinc de electio- ne puniretur sub homine / qui grauissima cordis ela- tione super homines eleuabatur vt deus. **N**ō effi- citur autem per se deus ista omnia immediate / qñ quidem interiora eia per superiora gubernet. vt **A**ug. dicit 3<sup>o</sup> de tri. e. idē docet Dion. in t̄b. de ce- le. **J**er. **E**t corpora quidē hec infirma per celestiar- effectus vero nobis super naturales hic acciden- tes / vel per se immediate / qui solus nature vniuer- salis est auctor / vel per eos spūs qui naturam no- stram excedunt / siue boni sint siue mali. **N**ō ēr a- bonis spiritibus id effectum esse dicatur qd Regi p̄fero contigit / pariter r a malis id ipsum / atq; dñe similita fieri posse negandum non est / si solū culpa / non autē naturali potestate boni spiritus a malis discrepare tenēdū ē. vt p̄ ex supradictis.

**E**x his sequitur nō esse mirum si quandoq; mu- lieribus / opere demonum illarum p̄bāntia per- turbata / videatur q̄ p̄ferant carozum naturay / speciem / figuram / affectus in super r operatq; q; socie parent hoc ipm de eis / ipseq; de sobijs / prout earum faceret innumera multitudo. **E**o enim modo eaq; facultate / talia demonibus esse possi- bilia fatendum est / qua r supra probatum est eos posse per prestigium deludere sensus hominum. **C**hos est etiam specialiter hoc accidere deluso- rium / si per corpus aereū in similitudinē carū formatum r introductū / sic demon illas decipiat / vt inter oculos r vera corpora humana obstacu- lum interponens / solum fantasticum illud corpus videre permittat. **S**ugere vero puerorum san- guinem / r sic colū stringere / tandemq; occidere per striges posse demones / nullus sane mentis ne- gare debet. **A**rramen r in his interuenire sepius delusiones non dubito. r presertim que ad modū fandi. **P**restigiali siquidem vel imaginaria per- turbatōe delusioneq; decepti / sicut vere se caros putat striges / ita r se quandoq; iudicant puerorū sanguinem sugere ita vt in pot. liquet / r cor-

loz sanguineus non secus gustat atq; visui sese falso offerat / ac species ipsa buralis offert se mentis indicio. Potest enim demon per omnes aditus sensuales se immiscere. vt etiam. s. Tho. assert. 1. 2. q. xvi. ar. xi. in arg. primo facto in contrarium. Operatur enim demon inuisibiliter quandoq; in puerorum corporibus / causatq; languores inuromitendo venenosa / seu queq; mortifera: aut certe latentes in venis pestiferos humores ad cor deducendo / vt inde pueri languoribus statim afficiantur vix suscipiuntur medelam / dum striges se purant ex sanguinis abstractione eisdem strigasse. Potest insuper et fascinatō pueris naturaliter obuenire. Propter vehementem enim affectionem inuidie / aut odij, vularum harum atq; strigum / inficiuntur earum vitales spiritus / tante super hoc fixa imaginatione et intentione. Et hec infectio pertingit vsq; ad oculos a quibus inficitur aer circumstantis / ex quo corpus infantis presentis propter reuerentiam recipit aliquam infectionem / per modum quo et speculum nouum inficitur ad aspectum mulieris menstruare. vt dicitur in lib. de so. et vig. Unde glo. super illud Gal. 3. Quis vos fascinauit et dicit q; quidam habent oculos videntes ita vt solo aspectu inficiant alios / et maxime pueros. Possibile quoq; est q; ex dei permissione vel ex aliquo fato occulto cooperetur ad hoc malignitas demonum cum quibus vetule sortilege fedus aliquod inierunt. vt dicit. S. Tho. 1. qo. cxvij. ar. iij. ad 2<sup>m</sup>. Unde et ad hoc vetule maligne inuocant magnum diabolus verbis inordinatissimis: et in nomine eius obsecrantur pueros ad perdendum eos. vt per earum legiprimas confessiones cognouimus. Quia ex re debent omni studio prohibere parentes ne vetule infames vel suspecte / pueris appropinquent / vel eosdem obsecrantur / aut quicq; eis offerant vel tradant. hoc enim malefice valde desiderant vt eos inficiant / et sic demonibus obsequantur. Possibile tamen sepeq; in veritate contingere / striges puerorum sanguinem sugere / vel per se acuant vnguis ministerio / vel opere demonis venis a partibus / factisq; paruis cicatricibus in locis vitalibus et delicatis / ex quibus sugendo sanguinem ad vitam necessarius / pueri pauatim exiccantur atq; intereant / negari non debet: cum fidei testimonio id affirmetur. et precipue cum post carorum apparentium discessu / gurte sanguinis prope pueros extunculantur / reperre comprobentur. Hec necessarium est vt facte cicatrices nisi curiosius inquirantur appareant / cum parvissime sint / et statim opere demonum consolidari possint. Saltare autem per cubacula / currereue fugiendo / et id genus operum facere more carorum striges / prout sepe narrant. de visu plurimi / et ipsemet striges fatentur ubiq; non esse impossibilia opere diaboli qui etiam eisdem obsequuntur velocius deferendo q; propria hominis pariatur natura / manifestum est ex predictis.

Deum opt. Max. non nisi sapientissima dispositione permittit mala plurima que per striges contingunt fieri: et ex eis elicere multa bona. Cap. 9<sup>m</sup>.

**Predicta** autem omnia / et quod minus videtur etiam innocentium puerorum interitum / ipse deus non prohibet / sed iusto suo permittit iudicio / vel propter parentum peccata. actualia quidem si adulti fuerint. originale si vero si infantes. Vel certe (quod crebrius contingit) propter peccata parentum. Quis enim deus peccata patrum in filios / quo ad malum pene / vsq; in tertiam et quartam generationem. Exo. xx.

Vel hoc ipsum etiam in penarum cumulum exigat maleficarum harum malitia maxima. Eis enim iuste in penam conceditur vt mala faciant / ac ea expleat que nequissime desiderant / que et promiserunt demoni se facturam: ne libertati arbitrii tam demonis q; hominis inferri videatur iniuria: sed vnum quodq; disponatur a deo siue agente siue permittente / sin propriam vnius cuiusq; naturam. vt dicitur in iudicio quoq; diuino sepe ista contingunt / vt ciuitas / vel communitas in qua tot et tanta flagitia regnant / puniatur in membris suis: propterea q; quandoq; principes / officiales et populi non curant tales maleficas extirpare sed potius eorum plurimi eas defendunt / fideiq; officiales / verbis insequuntur et factis.

Sed et specialius bec mala contingunt his qui quomodolibet per se vel per alios / ipsi vel sui maiores / ad talia diabolica presidia recursum habuerunt / vel ad id alijs lubricum prestiterunt sermonibus suis. Ad etiam sicut et maleficiales infirmitates incurrunt in se vel in his qui quacunq; amentia seu ratione sui sunt / hi qui maleficijs faciendis vel quomodolibet procurandis operam dederunt. hoc enim profecto iusto dei contingit iudicio vt per que quis peccat / per bec etiam torquetur. vt dicitur sapientie. 2. Elicit etiam deus ex malis illis plurima bona: tum quia per bec maxime relucet iustitia dei tam in hoc seculo vt claret ex his que modo dicta sunt / q; etiam in futuro: prout edocet sacra fides. tum quia fulget ex his diuina sapientia / quando quidem (vt diximus) decentissimo ordine cuncta disponit / permittens naturam que libera est / arbitrio seipsam proprio gubernare / voriq; compotem etiam pro malitia fieri tam hominem q; demonem: ramentum nocere permittit minus etiam q; oprarent. Tum quia diuina bonitas in huiusmodi maxime comprobatur. Unde enim fides videtur ex parte vna vilissimis operibus obfusari / ac sanctissimorum sacramentorum puritas defecari / inde fides ipsa magis in mentibus fidelium solidatur / ac validius roboratur. Ex his namq; tria cognoscimus familiariter experientia / que sola fide prius cognoscimus. licet sub questione cadant apud eos qui suo ingenio volunt cuncta metiri. Primum bonum est / creaturas quasdam intellectuales nris in regionibus obseruari scientia potentiaq; sup oes bestias sine comparatione prestantes / quos demones appellamus. Secundum qd pp bec maligna opa cognoscimus / est eisdem demones esse malignos. Na scimus per bec que diximus veluti palpamus / eisdem ad innumera flagitia / dolis ac fraudibus / boies inducere. Tertium est / odio sensissimo Dominum Iesum Christum

## De strigibus.

stum eisdem insequi / bonosq; Chalcicos / et innocentes p̄ceteris varijs nocentis afficeret: si dem Chisti persequi: et ecclesie sacramenta omni quo possunt vilipendio / ludibrio / opprobrioq; vt debonestentur procurare. Ex quibus fit omnibus manifestum / qd̄ de se clarissimum est / fidem in quas catholicam omni veritate ac perfectione florere: et ad beatitudinem sui cultores perducere. cum eam pro nixu (vt ex predictis ac dicendis patet) oppugnent hi spiritus qui maligni sunt. Neq; enim insequuntur pro posse demones / nisi ea que sue malicie et iniquitati aduersantur. Et sic in omnibus tam bonis q; malis que diuina dispositione vel permissione contingunt / deum opt. max. benedicendi ac laudandi rationem inueniamus.

**¶** Ea que comuniter referuntur de strigibus / nō posse contingere tantum in somnis. Cap. 10<sup>m</sup>.  
**Secundum** principale qd̄ declarandum assumpsimus in hac questione / videlicet qd̄ talia que communi voce referuntur de strigibus / bandquaquā in somnis tantum / evenire possint / habet et sacris litteris enid. nriam. Unum quippe videtur per sacras litteras demonstrari / qd̄ etiaz familiaris experientia vniuersaliter comprobatur. hoc inquam qd̄ quā aliquid apparet in somnis / vel imaginaria visio aliquid aliqua reuelat: sic ab eis videri talia vel cognosci dicunt / vt dū postmodū plene vigilat sani corpore / idipsum non in vigilia sed in somnis innotuisse / aut visione imaginaria reuelatum esse et nō per sensus exteriores acceptum / neq; sub eorum cognitione factum / optime discernat. Et breuiter distinctio status proprii dum quis sanus vigilat / et solutus corporeis sensibus operatur / a statu quo nō vigilat / sed sensibus somno ligatis / vel certe altiori attentione impeditis / non vritur / optime qui q; perpendit atq; cognoscit. Neq; puto dari quēquam / qui se expertus fateatur oppositum. Unde sanctus Petrus imaginarie visioni ac extarice contemplationi assuetus / cum vigilans Angelum vidisset in carcere clara incertis iubenti per omnia obtemperasset vsq; ad liberum carceris exitum / licet non plene discerneret in tali statu / inter vigiliam et abstractionem quā existit imaginaria visio: postq; tamen Angelum non vidit / et soli naturali cognitioni restitutus est / plene cognouit etiam se prius non imaginaria tantū cognitione cuncta et percepisse et perfecisse: sed vere et realiter per exteriores sensus et opera. Unde discendente ab eo Angelo dixit. Hunc scio vere qd̄ misit dominus Angelum suū et eripuit me de manu herodis etc. Act. xij. In quo etiam libro ca. x. fateatur se alio tempore extrasim passum / et quedā sibi apparuisse que licet vera non essent vt apparebāt / vere tamen et futura prenunciabant. Idē patet in Esa. visione qua Dominum sedentem vidit etc. Isa. 6. Neq; enim putandum est talem prophetam sic esse deceptum / vt vere et realiter putaret se deum videre seu vidisse sedentem in solio. Spiritus enim est deus. Jo. iij. Sedere autem / conditio corporis est. Tātum ergo in sua hac imaginatione cōtingebat / vt communiter exponunt locum illum sancti Doctoris. Et vt vno verbo cuncta cōcludam / in omni

passu sacre scripture / vbi de somnijs et visionibus aliquid dicitur / semper datur intelligi qd̄ diuersitatem status somniantis aut quomodolibet aliter a sensibus abstracti / ab ipso statu vigilie / omnes quibus talia contingunt / optime perpendebant. vt testatur etiam. S. Tho. pot. q. 6. ar. 7<sup>o</sup>. sine sancti viri essent / vt hi de quibus iam sermo habitus est / et alij plures: siue etbici / vt Hbarao et Nabuchodonosor. ¶ Sed et qd̄ Paulo accidit / non opposito sed proposito fauet. Licet enim non cognouerit an anima esset a corpore separata in rapto / vel certe conuicta corpori nō tamen vtens corporeis sensibus: tamen cognouit qd̄ non sic talia viderit que narravit se in rapto vidisse / sicut tunc ipsa enarrans / corporeis sensibus vtatur: et corporaliter / non autem somnians aut extrasim patiens / operatur.

**¶** Execiel quoz dum dicebat se fuisse in spiritu seu in visione dei in Hierusalem / optime cognoscebat differentiam talis status et visionis / ab eo quo comuniter et in vigilia corporaliter opera sensibus expeditis operabatur. Et hoc etiam clarum est ex modo ipso loquendi sacre scripture. Neq; enim dixisset / sui in visione dei et in spiritu / nisi declarare intenderet qd̄ non eo modo fuerat corporaliter in Hierusalem / quo tunc ibi erat vbi hec loquebatur: et consequenter nisi cognouisset talium statuum differentiam. Si enim predicta differentia non cognosceretur ab hominibus in vigilia / sequeretur qd̄ nūq; posset videri magis aliquid in corpore fieri qm̄ in spiritu: sed semper liceret cuiusq; afferenti se aliquid corporaliter facere / respondere. Non sic est: vt putas / sed somnias. Et contra ille dicere / posset. immo tunc somnias atq; deciperia / putans me somniare. Et omnia incōuenientia possent omnibus accidere / que delirantibus cōiter accidunt. ¶ Cum ergo innumerabilis multitudo virorum et mulierum que deprehenduntur ad diabolicum cursum deferri diuersis in locis varijsq; temporibus / vnanimiter constentur et affirmant se corporaliter ire vel ferri ad ludum illum / corporaliterq; ibidem facere quecunq; scelera consentur: patet qd̄ non est contra sacras litteras / sed potius sūm eas et credendū qd̄ ista corporaliter fiunt / et nō tantū in somnis: cum sūm eas in ore duorum vel trium rectiam seruet verbū. Deut. xv. et Jo. 8<sup>o</sup>. Et maxime si firmiter firmato: prout predicta cōiter sub inquisitione strigibus affirmant. Neq; nī negandū est posse talia in somnis tantummodo sic apparere / vt tamen putet ut. dum sic somniant vere illa cōtingere / sicq; pro tunc detudi. Sed hoc non later postea personas illas vbi in se reuertuntur. Et si opere diaboli sic in communibus ageretur vt et in vigilia putarent vere sibi talia et corporaliter contigisse. deprehendit nī finaliter dum plene solutus est sensibus et a diabolo dimissus: qd̄ somnia tantum fuerunt. Ad etiam cōtingere facile potest dum ad deum conuertuntur: a peccata sua consentur / sicut et frenetici cuius plene sanant / perpendunt delusionem / quā veritatem esse infirmi credebant. S; strigones semper idem affirmant: et tam qm̄ ad deum conuersi sunt / et a diabolo non tenent vitra captiui. Experientie quoq; et alia signa ic lem ostendunt. vt infra dicitur.

**¶** Eadem

Eadem que referuntur de strigibus/in veritate sic contingere posse vt communiter fama volat/pluribus sades fidelibus exēplis. Cap. 11.

**P**rius etiam intentionis huius ca pituli firmitas apparet ex his que dicitur Augu. assert. 19. de ciui. dei. c. 18. vbi dicitur dicitur supra per nos circa principium operis nominatum/introductur ira somno sopitum maleficijs. q. per plures dies excitari nō potuit. Et in bloninus in statu illo sibi visum fuit q. in equis conuersus esset/et annonam milibus equorum more portasset. Et licet aliquis equus et talis quales se esse in somnis putauerat/vere portauerit annonam milibus illis non tamen ipse fuit/neq. fantastiū eius incorporatum/ vt quidam videntur dicere/et Augu. ibidem disputando recitat. Q. si etiam ipse hoc assereret/vt videlicet diceret fuisse fantastiū eius incorporatum: non est tamen sic intelligendus quasi demon ipsam vim fantastiā hominis aut etiam speciem in ipso conseruatum aliquo corpore circumdet/sed quia ipse demon qui speciem et imaginem hominis format aliam similem speciem vel corporaliter exterius aliorum sensibus obicit vel intrinsecus in eorum sensibus similem speciem operatur. vt. s. Tho. exponendo dictum Augu. ponit in questionibus de malo. q. 16. artic. 11. ad septimum. Neq. etiam possunt demones potentiam fantasie neq. etiam eius organum/vel cum ea subiectū spiritum/ alio deponere incorporatum. Q. si etiam possent et facerent: iam is cuius hec essent per illa tunc nihil videret. Neq. enim operatur quis non actu informatus per formam que est operationis principium. Supponitur autem in narratione q. ille in somnis hec ipsa videret vt diximus. Unde concludi potest/immo necesse est/q. operatione mali spiritus hec omnia facta sint qui in formam equi/antea postq. inuisi/corpus assumpsit/et ea pegerit que narrantur: ille vero se quasi equum talia fecisse/ tantummodo somniauerit/et statum plene vigilię a statu somni facti distinctum esse cognouerit. Neq. distimuliter extrimandum est contrigisse id quod in eodem capitulo idem Augu. enarrat dicens. Indicaui et aliud (is vs qui premissa indicauerat) se dormi sue per noctem anteq. requiesceret vidisse venientem ad se quendam philosophum sibi notissimū/ sibiq. exposuisse quedam platonica que antea rogatus exponere noluisse. Et cum ab eodem philosopho postea questum fuisset/cur in domo eius fecerit quod in domo sua peteri negauerit: non feci/inquit/sed me fecisse somniaui. hec ibi. Unde patet q. dicere necesse est q. aliquis spiritus figura philosophi assumpta in aereo corpore id perfecit/q. quidem factum tunc illud somnare malignus spiritus cognoscebat vel etiam procurabat. Qui ambo in exemplum inducti si non asseuerassent in vigilia positū se talia dum dormisse se nouerant somniauerunt/et contrario si affirmassent q. nō in somnis ista vidissent/sed in vigilia/et corporaliter ab eis hec esse perfectum iudicandum procul dubio esset non eos/sed demones potius in illorum assumpti corporis figura locuisse veluti dormientes. Pro quo facto notandum est etiam q. nonnulli sic in somnis etiam vere operantur opera vite vt videantur etiam vigi-

lare. Cognoui ego virum somniantem ambulare/loqui: et q. plus est personas obuiantes cognoscere cum eisdem loqui/ab eis occurrentibus diuertere/et easdem quandoq. percutere. Illum tamen pro tunc dormire omnibus notū erat et experientia conperiebatur. insuper ipse confitebatur postmodum in vigilia q. somniauerat qdē se talia fecisse. Quin/immo quidam patruellus meus et comprofessor dum predicationi iuuenis insisteret pre nimia cordis anxietate de nocte surgebat somnians et ascendens super quadam porticu/que predicaturus fuerat/ordinatissime quasi populo predicabat/vociferationibus magnis omnes a somno excitans et conturbans. Alium noni hominem de nocte somniantem et sic in somnis de cubili ad studium realiter pergentem et ibidem per multas lineas recte scribentē sine lumine. Et mane qd se tū somniasse putauerat/vere factum inueniebat. Verum tamen et hoc etiam quod diximus verū est q. vs vnus diabolus efficit ea que alius aliquis facere se somniat. E conuerso etiam alius quis vere et sanus in vigilia operatur/alibi deponitur a malo spiritu vel a bono/cuius loco spiritus assumptus simili corpore/alibi dormire videtur. Huius enim quid simile per sanctos angelos factum creditur iuxta ea que leguntur in historijs auctenticis. Legitur enim de beato Ambrosio q. cū missam mediolani casu celebraret hora exequiarū sancti Martini qui Turonis defunctus erat/super altare caput inclinans/spacio trium horarum dormire visus est. Quis postmodum excitatus (vt videbatur) a clericis causantibus populi redium in expectando benedictionem et Missę finem/dixit officium exequiarum fratris sui Martini se perfecisse Turonis: quo in loco etiam in tante rei fidem (vt fertur) cyrobecam dimisit. vt tā ex assertionem eius/q. ex signo predicto/verissime corporaliterq. illis interfuisse credendum sit: et loco eius angelum altari astruisse mediolani in assumpto simili corpore. Implicat enim nō corpus in pluribus locis simul tempore inueniri vt Theologi communiter tradunt. Huius etiam non dissimile contigit Beato Clementi Petri successori. Cum enim Missam rome celebraret/statim obdormire visus est. et post tres horas ad seipsum reuersus (vt videbatur)/excusationem populo attulit q. in illu Beati Petri sibi necessarium fuit illo temporis spacio pisanam ecclesiam que diuo Petro dicata fuerat consecrare. In cuius rei fidem indubiā/tres guttas proprii sanguinis huius in ecclesia illa reliquerat super marmoreum lapidem: q. in hanc vsq. diem in summa veneratione habentur in ecclesia cathedrali ciuitatis illius. Ex quo patet q. angelus in figura sancti Clementis Rome fuit pro tempore quo sanctus ipse corporaliter huius erat ab angelo deportatus/et inde Romam irides creditur fuisse reductus. Secus autem de vtroq. fuisset extrimandum/si dixissent se somniasse. Partim modo igitur affirmantibus strigibus q. corporaliter vadant ad cursum/credendum est. Et si videantur interim alicubi dormire/extrimandum est esse diaboli in illarum forma seu figura. Quandoq. tamen suis etiam artibus magicis efficiunt/vt imaginaria tantū visionem cognoscant/que realiter ab alijs consodalibus sunt in cursu: hoc vt labores eurent atq. pericul

# De strigibus.

la. quod quandoq; facere presumendum est tales per/sonas dum corporaliter infirmantur. Porro autem si vis in malleo maleficarum videre quem obseruat aliquem malefice modum ad id quod diximus affe- quendum. Dicere autem q; semper sic accidat/ im- mo q; ea que a strigibus enarrant/ non possunt rea- liter accidere/ videtur et historiis et sacris literis ve- luti deductum est repugnare/ adeoq; contra vulga- rissimam experientiam loqui/ vt stoliditatem id po- rius preferat / q; obstinationem sine scientia. Hec etenim obstinatio vt in pluribus admiscetur crassi- tudini raris dicentium/ seu negantium ea que dixi- mus vere contingere. Et hec de scdo principali.

**h** CZ. fe  
mel. c. 8  
re mili.  
lib. 12. et

**Est** autem procul omni dubio credendus/ bec taliter euenire / prout communiter a do- minis Inquisitoribus affirmatur/ qd tertio loco tra- ctandum est: et non nisi proteruos vel ignorantes ne- gare/ posse talia sic contingere sicut in processib; eo- rum habetur/ tribus rationibus persuadetur. Qua- rum prima talis est. Cuniculq; in arte sua perito- ro. et no. et experto credendum est. Expertus enim certus in. c. pro est/ et magis q; sciens non expertus. vt habetur ex posuisti. probemio Acthabdi. Non minus etiam inheredu de pba. est expertorum et seniozum sententis sine demonstra- tione/ q; demonstrationib; ipsis/ vt dicit Philoso-

**Et** phus. 6. Ethic. Certissimus ergo erit/ et consequen- ter ei maxima fides est adhibenda/ q; simul sapiens nre q; re fuerit et expertus. Fides enim non nisi ob certitudi- nem facti vel dicti que putatur ab aliquo possideri/ adhibetur illi. Patres autem inquisitores vt in pluribus sunt viri peritissimi tam in iure q; in sa- cra Theologia. Ad Theologos autem et canonistas pertinet determinare an predicta/ impossibilia sint acquiri. aut possibilia/ credenda vel non credenda/ sunt etia iudices super depositiones et testificationes factas de talibus/ et super confessiones eorum an impossi- biles et vtililes/ aut certe sint derisibiles/ an a fatuis/ vel certe ab his qui sue mentis compotes sunt fa- cte fuerint/ quo modo/ qua assertionem prolati/ q; effi- caciter comprobare: et consequenter in talibus iudi- cis/ candidis/ super omnes experti sunt. Cum ergo pro- maiores pter bec ipsa que costentur/ iuridice sint infelices s. vera. iste persone ab inquisitoribus grauissimo iudicio co- demnate/ nemo debet esse tante temeritatis/ vt eo- rum sic damnet iudicia/ sic deludenda et execranda fer. et in immo iniquissima putet/ q; non nisi pro somnijs/ vt de probis que in somnis accidunt/ accerrimis tormen- tis afficiant/ et demum crudelissime perimendos tra- dant homines innocentes. Si quidem fm sacros do- ctos/ nemo propter ea que in somnis appetit/ sen- diu. ad etiam operatur/ nisi aliud interueniat/ peccare pos- test. Vide pro hoc (si liber) sanctum Tho. 4. di. offi. pfi. 9. articu. 4. questu. c. 1. Sed et si quod etia in som- nis crimen per accidens quis admittat/ ex hoc ipso vt vim. q; in somnis perficitur/ lenius indicatur: quando- col. vi. f. quidem homo pro statu illo plenum non habeat et prin. ff. liberum in operibus suis iudicium. Censendus igitur et ab omnibus firmiter credendum est/ bec vere et iur. contingere/ et in corpore perfici/ prout ab inquisito-

ribus iudicantur bec ipsa fieri. **Confirmatur** n. C. bec ratio adhuc ex tribus. Primum: quia inquisito- res vt in pluribus sunt viri religiosi/ optime fame/ i. i. ut et integerrime vite: qui ex eo q; religiosi/ deoq; dico d. ad- ti sunt/ magis ad clementiam et misericordiam in- clinantur/ q; ad seueritatem: in hoc sui saluatoris raris c. imitantes vestigia/ qui diues est in misericordia. Ex late b. eo vero q; perfecto religionis statui copulant opera ba. in- propria sanctitatis et innocentissime vite cum odo. i. p. re optime fame: quam ne amitterent/ expediret eis col. 6. fm Apostolum magis mori. necesse est vt omnem de pl- abhorreant iniustitiam: et precipue vbi agitur de vi vbi m- ra hominis: quam sine ratione perdere / omnium miru- iniustitiarum summa est. Cum igitur in his iudi- cis videantur et sint potius seuerissimim: acquiri/ bic al- scant cuiusq; precibus seu lachrymis: euidentissim facit- mum preferat hoc iudicium/ non nisi ex causa sum/ qd id- me rationabili: et non nisi vbi misericordia censere. Bar- tur summa crudelitas apud deum et omnes homi- tradit- nes qui ea q; dei sunt sapiunt/ id eos efficere. Quod col. 1. rament non esset/ si talia que narrantur/ et ppter que col. 1. striges comburuntur/ illusiones essent vel somnia. p. vel

**Confirmatur** secundo illa prima ratio/ sic. Ea q; o. C. de peritorum consilio iudicantur vera/ non sunt fal- gu. d. sa censenda ab alijs. Sed contra tales maleficas y. de n- personas non procedunt inquisitores nisi de confi. ope. n- lio peritorum tam in iure q; in sacra Theologia: et c. alle- regulariter non nisi de consilio et consensu Domini s. alle- Regulariter non nisi de consilio et consensu Domini s. alle- Episcopi ciuitatis vbi iudicium hoc exercerit. vel p. C. eius Sicarij: qui vt in pluribus periti sunt saltem pater in iure canonico. Ergo quod ab eis verum vel iustum not. p. esse determinat/ non debet (ab imperitis precipue) Abb- tam facile condemnari. Sed neq; hi qui vere sapie mod. tes sunt naturaliq; metris elegancia et nobilitate pol- c. pos- lent/ in hoc contra peritorum consilium se opponen- stulti- rent/ vel precipites contradicerent/ vt multi impe- pbat- ritorum faciunt: sed matura cogitatione prius cum- et all- tra libantes/ disputariue potius q; sententiam pro- c. rita- ferendo/ si talis opinio sibi minus placeret/ vel apud eos rationes inducte non viderentur efficaces / aut in- uenitabiliter concludentes / opinionem suam vt- exa- baniter in medium afferrent. Quod et gratissimum ra- foret inquisitoribus: et vt hanc discussione magis ve- gis- ritas elucesceret. Et hinc autem officium exer- s. pla- cetur (quod contingit per singulas ciuitates chri- sciri- stianorum in Europa per institutos apostolica dele- ce. gatione inquisitores/ et ab eis factos Sicarios) do- cur- ctos ad consilium contra striges vocari/ semper in c. g. hoc vnum omnes vel pro maiori parte conueniant 35. et g. q; predicta fiant realiter et in corpore. Et super hoc g. extant processus et consilia innumerabilia. Ergo p. co. locum ab auctoritate peritissimorum et sapientum/ 30. quorum non est numerus/ quia per totam christia- m. n. nitatem/ tam nostra q; exacta et are facta sunt bec/ fid- omnibus psuaderi/ nullusq; dubitationi locus ma- 2. nere debet/ q; pdicta fiant corporaliter vt pferat. reri-

**Confirmatur** et tertio premissa ratio. sic. Id quod illi- toleratur ab ecclesia/ vbi etiam agitur de alicuius rari- tertij preiudicio maximo: quia tam in bonis exre- ibi- rionibus q; in fama/ q; etiam in bonis corporis/ q; p. ad ad crudelissimam vite priuationem/ non est falsum trop- extrinandum aut iniquum/ si fiat hoc ordinariu iudi- dicialiter q; ab officialibus per sedem apostolicam reri- institutis.

instituta. Nam id esset de summa negligentia Romanam Ecclesiam suggillare: immo de summa crudelitate et iniustitia reprehensibilem reddere et calumniari: quod quidem inquisitores non nisi ut delegati summi Pontificis hoc efficiant: a quo principaliter pender quicquid per eos iuste vel iniuste presertim sciēre/sit. Propter quod si in hoc iudicio inueniretur iniquitas/ipsi principaliter imputandum esset si taceret aut nō prohiberet. Quod quia non nisi temerarium est: ideo nullus potest nisi ignarus vel valde presumptuosus ista negare sic cōtingere prout ab inquisitoribus comprobantur.

Ad idem secunda ratio sumpta ex textu multiplici assertionem fidelium omnium exceptioe maiori. Et vnius responsionis reprobatio. Cap. 13.

**Probat**ur etiam hoc ipsum quod assumptimus/alia principali ratione/que talis est. Quod ab innumera multitudine personarum promiscui sexus asseritur: et vbiq; locorum variisq; temporibus vniformiter quasi vno ore loquerentur omnes/semper affirmatur/procul omni dubio credendum est/et nulla conuentione negandum: vbi precipue saluum testimonium in causa fidei admittatur in iure: et tam contra se q̄ contra alios hoc ipsa rite coram iudice manifestent: etiam hi qui sibi vitam donari desperant: sicut contingit his qui in heresim sunt relapsi/ vt non iam timore mortis nisi confiteantur incurrere/suspiciari possit eos talia proferre. Hęc autē omnia concurrunt in iudicio isto: immo sepe quoq; cum sibi vitam iam donaram alij sciunt/ipsipsum manifestant: vt non tam timore imminentis pene/ id quis iudicare possit ab eis confiteri: cum etiam plurimi concurrant ad hoc pueri/puelle/ et id genus innocētes et simplices/ quorum facile deprehenderetur si fingerent mendacium: qua ratione puerorum testimonium certissimum dicitur. Plures item qui post conuersiones sunt integerrime vite ac splendide fame: et plures alie conditiones concurrunt quibus redduntur testes fide digni et omni exceptione maiores: et precipue etiam in causa fidei/ vbi omnes non capitales inimici admittuntur in testes/ quantumcuq; alioquin flagitiosissimi. vt patet in cap. In fauorem. et c. Accusatus de heresi. in sexto. Si enim tali tanteq; multitudini non esset fides adhibenda de talibus quasi de non visis: pari ratione nulli credendū eēt. vbi quis ea referret que is qui audiret non per se cognouisset. Et sic periret humane conuersionis solacium/ neq; daretur dissensionum terminus. Talem autem tantamq; esse multitudinem eorum qui ista fateantur fieri corporaliter/ iam vniuerso orbi esse potest exploratissimum ex multitudine eorum qui propter hoc sub iudicio inquisitorum per omnem christianorum regionem cadunt: ita vt miliarium sepe numerum excedat multitudo talium qui vnius anni decursu/ in sola Comensi dioecesi ab inquisitore qui pro repute est/ eiusq; Alicarij qui octo vel decem aut plures semper sunt inquiruntur et examinantur: et annis pene singulis plusq; centum incinerantur. Quod si quis huic rationi se opponat dicens/ eo merito tante etiam multitudini non esse credendum/ quo deludatur a diabolis: quod

binc manifestum fieri potest/ q̄ incredibilia quedā enarrant/ et ea ipsa que facultatem nostre cogitationis aut conditionis videantur excedere quin immo naturaliter contingentibus comprobatisq; aduersari. Unde propter hoc q̄ ista negentur/ non videtur sequi humane conuersationis que circa naturaliter possibilis contingentiaq; obuersatur/ aliquid qua perturbatio. Querendum profecto est ab his qui taliter se opponunt/ vnde nam ipsi nonerint talia que referuntur non esse vera/ sed diaboli delusionis. (Si quidem omnes credunt/ vel vere vel delusorie ista contingere que a tanta multitudine confirmantur.) Si enim ex naturali possibilitate vel contingentia/ aliquod horum omnium/ delusionem inquam demonum/ vel ipsum narratum eventum/ vere contingere credendum sit: quia videlicet alterum horum magis possibile est vt eveniat q̄ aliud/ id profecto magis erit vel eque possibile vel fide dignum quod naturalitatem nostre magis vel eque fuerit consentaneum et propinquum. Nam et potestas demonis sibi minor apparet/ vbi factum vel sciendi modus virtuti naturali nostre magis etiam appropinquat. Quanto enim effectus naturas nostras excedit/ tanto maiorem præcedit cause virtutem. Difficile autem iudicare posse videtur/ quid nam horum magis naturalem facultatem excedat demonis/ hominem inquam corporaliter per aera/ ad longinqua perferre locusticos et voluptatis omnino materia preparare atq; offerre: etiam in forma humana familiarem/ et ad vota obsequiosus reddere. (Hęc enim eorum summa est que ab his enarrantur perditis hominibus/ veluti mirabilia.) Aut certe sic in hominum fantasia subtiliter operari circa species formandas componendas et separandas/ circa etiam spirituum motus/ vt hec omnia que ab his narrantur/ videantur corporaliter evenire: que tamen non nisi (vt ipsi contradicentes aurumant) fantastice contingant. Immo si quis diligenter aduertat/ inueniet hoc secundum naturalem potentiam proculdubio magis excedere q̄ primum. et consequenter minus esse debere sibi eos credibile. Quod quidem per comparisonem ad potentiam nostram facile librabitur ac perpendi subtiliter poterit. Quod enim magis excedit facultatem nostre naturalis virtutis atq; potētie/ magis est etiam in se supernaturale/ maioremq; deposcit absolute virtutem. Cum enim possibile respondeat potentie vt illius obiectum/ et ex hoc eidem proportionetur sibi excessum rerum possibilium in essendo/ erit et potentiarum proportionatarum excessus in virtute. Minus autem ab homine factibile est tam artificialiosa fantasmatum/ specierum/ spirituum/ atq; motuum dispositio in potentis anime/ vt vera videantur que fantastica sunt/ et vt qualia velint per has species ordinatas pro voto representari/ statim appareant: q̄ talia que per striges narrantur/ corporaliter fieri. Meminem quippe medicorum aut astrologorum esse puto/ et nunquam fuisse helarione vel lectione cognoui/ qui talia efficere potuerit aut etiam attemperauerit: cum neq; etiam determinata somnia per artem possit homo causare/ que de terminationem minorem naturaliter habent/ tunc

## De strigibus.

Ca. 10.

nusq; trahunt extra se hominē/ q̄ raptus vel alienatio talis a sensu/ qualem has personas pati necesse est/ si deludant. Quilibet enim post somnium cognoscit se somniasse/ ut supra probatum est. et patet experientia. Neq; adberet quis somnijs quasi rebus dum euigilauerit/ prout striges facere opinantur hi qui talia que narrantur/ corporaliter contingere negant. Tum quia species ille motusq; fantastice sub exteriori sensu cadere nullatenus possunt/ et consequenter circa talia nullus incumbit artifex cuius scientia practica vel notitia/ sensibilis a quibus et causata est/ tantum pertractat/ qualis est homo. Tum quia communis hominum est sententia/ naturaliq; veluti compertum lumine absq; cunctatione aliqua pronuntiatur ab omnibus/ nec non humana sed superiori aliqua virtute fieri. Hinc communes animi conceptiones/ cum ex hoc ipso naturales conuincantur q̄ omnibus vel etiam pluribus se se offerunt. si falso inniterentur/ falsitatem profecto retorquerent in auctorem nature. Concludendum est igitur homines naturali virtute nequaquam facere posse q̄ alijs ira deludat atq; desipiat/ ut vere ac corporaliter fieri putet/ quod non nisi fantastica visione contueretur. Ea vero que ab his nequissimis narrantur in cursu contingere/ quo ad multa subsunt etiā humane facultati/ utpote que vel viribus vel ingenio possunt ab homine perfecte fieri/ vel saltem imperfecte/ seu aliquid pro parte simile. Quo enim ad ciborum preparationes ac voluptatum explorationes/ nullus eas dubitat habere posse auctore hostem/ nedum quales narrantur ab illis/ verum etiam maiores q̄ procurent demones/ non autem q̄ procurere sciant aut possint/ cum saporem et qualitatem pro portio que voluptatem afferat/ eis melius innoscat/ et ad illam citius et facilius mouere valeant q̄ hominum quicumq;. Quo vero ad corporalem hominum delationem per tanta terrarum spacia breui temporis decursu/ licet homini sit naturaliter impossibile/ aliquid tamen quo ad genus saltem operis/ ei simile per humanum ingenium procurari ac fieri potest. ut patet de proiectione quasi subitanea magni lapidis vel alterius cuiusvis corporis mine talis molis per multa milia passuum ingenio tormentorum seu bombardarum. Magis ergo a possibili recedit/ et consequenter maiorem exigit virtutem atq; potentiam quicquid preter naturam mirabile sit in imaginatione/ q̄ quod sit etiam preter naturam/ sed ad extra et corporaliter. Et sic demoni non min⁹ impossibile vel magis factibile illud erit/ q̄ istud. neq; hoc igitur minus debet quisq; credere ab eo fieri q̄ illud. **Quantum vero ad apparitionem demonum in assumptis corporibus aere condensato/ et in humanam figuram effincto/ non maiorem id in demone potentiam arguit/ q̄ predicto modo species in fantasia componere que corpora queq; quasi vera presentent/ cum maioris spiritus/ litatis sit fantastica species q̄ aer/ et precipue condensatus. Unde minus potest illa (si corpoream vtriusq; naturam consideremus) representare corpora densa q̄ aer. **Quantum etiam ad motum localem qui in his efficiendis interuenit/ minus sunt eius capaces species ille/ q̄ aerecum ille per accu-****

dens tantum/ aer autem per se etiam moueatur. **Corpus enim est aer/ species autem ille non nisi corporalia sunt accidentia/ que etiam si equaliter motum localem admitterent/ etiam ratione subiecti/ non minorem tamen ille motus in angelo mouente virtutem argueret/ q̄ motus interueniens in formatione corporis illius aerei. eo q̄ equaliter quo ad motum localem corporalia queq; virtuti angelice ad nutum obediant. Sic igitur ex his omnibus patet non esse minus credibilia/ eo q̄ non minus sunt possibilis demoni que narrantur ab his perditissimis personis corporaliter fieri/ q̄ eadem fantastice solum cum tanta contingere delusione ut pro certo vera credant que falsa iunt et vana/ veluti vulgus esse putat.**

**Improbatio vnius euasionis ad predictam rationem.** Cap. 14.

**forte** quis iterum contra predictam rationem se opponet/ inuolidamq; reddere conabitur/ ex eo q̄ capitulum Episcopi. 26. q. 5. dicit tales vel similes secrete personas deludat a diabolo/ et per consequens non vere posse cognoscere fieri que narrantur mala/ neq; huiusmodi personas maleficas. **Q̄ si etiam corporaliter contingeret aliquas personarum portari et facere mala que consentitur/ quāuis possit sibi contra se restitucanti siue se accusanti credi/ non tamen accusanti alias/ eo q̄ nesciant an vere ibi sint ille persone que ibi esse videntur/ cum possit diabolus personam seu figuram illarum pretendere/ dum ipse domi resident. Unde talium testimonium nullatenus acceptandum videtur in preiudicium tertij. **Sed ad hanc euasionem explodendam/ (supposito etiam q̄ capitulo illi fides prestari debeat/ quod infra ducitur/ iam preparata via superius amplissima est/ vix apertissime cognoscitur per ea etiam que per sacras literas notissima comprobantur/ familiariq; experientia negari non possunt omnes facile posse discernere differentiam status vigilantis et dormientis/ et presertim in seipso. Nec potest diabolus quacūq; virtute conatuq; maligno. sic homines extra mentem ponere/ quin vigilie ac sanitati restituti cognoscant q̄ alia visione q̄ corporali/ alioq; modo q̄ vtrando sensibus exterioribus cognouerunt omnia que sibi visa sunt videre quando a diabolo supponuntur delusi. Unde cum perseverent in confessionibus contra se dum sane mentis sunt/ dum diabolo etiam abrenunciauerint ad carnium conuersus/ semper afferant talia sibi in vigilia contigisse dum plene sensibus vterentur. non est viri prudentis velle sine ratione negare/ ea que tales experiri se constantissime afferunt experientia sensus/ qua nulla apud nos clarior et efficacior est cognitio. Et sicut vere supponendum est contingere que circa se facta narrantur/ non minus verisimile est circa consodales et alias personas quas adesse consentunt/ idem realiter et vere accidere. cum presertim sepe/ immo semper contingant plures ex conducto simul ire vel deponari/ simulq; redire. ut patet ex processibus. Neq; etiā maior ratio est q̄ vnam magis q̄ altam deludat diabolus quo ad hoc/ cum precipue magis desideret/ ea que in contemptum carnium et fidei fieri per eas procurat/ in vigilia****



gilia perfici q̄ in somnis vel in mentis alia quacunq; alienatione/cum manus in vigilia peccatū incurrant/et sit eque facile diabolo vnum vt alterum efficere/vel etiam facilius sit illi vigilantes porrare q̄ dormientes deludere/vt in precedenti capitulo inductum est. Q̄ si contra se testificantibus in iudicio talibus (non obstante quacunq; diaboli elusione) fides est adhibenda (vt deductum est) sequitur inuicibiliter q̄ et testibus contra tertium est credendum/si attendatur ea que dominis Inquisitoribus et iudicibus fides semper euenire comprobantur. Hoc enim ab eis quotidiana experientia practicatur q̄ accusati per socios criminū/lucet fere semper in principio iudicij negent/in processu tandem omnia confitentur/et rarissime contingit oppositum. Et qui hoc proterue negaret/habet quoq; processus omnium inquisitorum falsos afferere. quod plane apud non insanos execrabile reputatur. Et si aliquando contingant tales nō confiteri/hoc ideo est/quia iudices vel nolunt vel qui velent non possunt vt par esset iudicij prosecutum ab his impedimentum aliquando prouenit/qui obuiissent inquisitoribus fauere. nō enim omnia per se possant inquisitores etc. Propter ea vero que rarissime contingunt/non debet omitti q̄ regulariter accidit. Sicut non obstante q̄ in alijs etiam iudicijs quandoq; contingat innocentes damnari/falsisq; testibus et accusatoribus fatigari/nō interponitur iudicij contra reos/nec minor adhibetur fides testibus alijs vel accusatorib⁹. Q̄ si eōtra quis inducat q̄ scelerate ille mulieres de quibus loquitur. d. c. Episcopi. asserbant in vigilia posse se realiter per multa terrarum spacia interpeste noctis silentio deportari/et tamen ibi determinatur q̄ erant a diabolo deluse. Respondetur q̄ mulieres ille non solum in somnis sed etiam in vigilia tenebantur a diabolo captiue per infidelitatem vt ibi dicitur. vnde facile poterat eas in vigilia deludere sicq; in earum mentibus et imaginatione agere vt subspis persuaderet et alijs/sibi vere contigisse quod in somnis acciderat. Sicut etiam freneticis dum parituntur/etiam si vigilanti videntur vera esse que vera non sunt. Liberati aut postmodum ab infirmitate/cognoscūt distinctionem status sanitaris a statu infirmitatis: et q̄ illa que sibi vera videbantur dū languerent/falsa fuerant. Personae autem que se vel etiam socios accusant in ista secula/nō amplius sunt in diaboli potestate. Nam semper hoc faciūt dum sani sunt mēte et corpore: et postquam diabolo abrenunciarunt et peccatum suum confessi sunt / non solum iudicialiter sed etiam sacramentaliter prouidentia dominorū inquisitorum qui earum conuersione et salutē desiderant. Ratificant enim et confirmant in fine iudicij quecumq; tam contra se q̄ contra alios antea sunt confessi. Et ideo patet q̄ hec secūda obiectio non militat. Alterius contra illam primā euasione dicendum est q̄ sicut dei preueniente misericordia non potest diabolus deludere nisi eos quorum mentē primo sibi per infidelitatem. subiungat. vt dicitur in. d. c. Episcopi. ita credendū est nullius persone figurā vt de tanto crimine accusatur posse pretendere/nisi eius quam sibi iam per

similia crimina denictam esse sciverit/et multoties realiter cum alijs ad ea perpetranda cōuenierit. Et propterea non debent inquisitores omittere contra tales accusatos procedere/eo q̄ ex hoc ipso q̄ sic accusantur/etiam si aliquando non vere ac corporaliter peregerint ea de quibus accusantur/vebementer tamen suspecti sunt q̄ de flagiosissima tali secta sint. et precipue si plures testes in idem contra aliquem concurrant varijsq; temporibus: et si alias etiam male sit vite vel fame. Neq; enim deus clementissimus diu permetteret innocentes de tanto crimine accusari: et esset de omnibus par ratio q̄ diabolus omnium personarum figuras preterderet diuersis temporibus. quod patet falsus. quia tales innocentes non solum pauci esse creduntur in comparatione aliorum contra quos inquisitores procedunt in aliqua ciuitate vel terra. sed nulli adhuc ab inquisitorib⁹ tales inuenti sunt esse delusi. licet alijs narrantibus dicatur quandoq; tale quid contigisse. Omitto contra eandem euasione afferre indicia apertissima de reali deportatione que tam ante q̄ post deportationem in plena vigilia cōtingunt/quoꝝ in hoc opusculo inseruntur plurima. vt precipue infra patebit.

Ad eandem euasione precludendam alie reductiones inuicere. Cap. xv.

Ad eandem euasione primam excludendam. aliam reductionem afferor que tam ex dicto capitulo q̄ ex alijs determinationib⁹ summorum Pontificum robor accipit. Ex illo namq; capitulo habetur duplex modus quib⁹ diabolus potest homines deludere vel decipere. Unus ostēdendo in somnis seu in spiritu aut in visu q̄ non est. Alius in vigilia pretendendo formam aliquid/sicut contingit in apparitionibus diabolicis/pnra cum diabolus assumens corpus aereum / format illud in similitudinē hominis vel mulieris vel bestiarum. Sicut sepe legitur in sanctorum historijs. Primum autem modo posse deludere probat. d. c. per secundū. Secundo vero modo probat p̄ Apostolum 1. Cor. 9. dicentem q̄ diabolus transfiguratur se in angelum lucis. quia v3 aliquando apparer in forma boni angeli. et multo magis potest apparere in forma hominis vel bestie. Potest ergo sic hominum fantasmata ordinare vt videatur eis videre que non vident/et esse quod non est. quod maxime cōtingit in somnis. Potest et alio modo deludere per prestigium/vt confitent omnes tam theologice q̄ canonice iuris cultores. Non negat etiam capitulum illud/diabolum posse de loco ad locum homines portare. Hoc enim negare esset hereticū. dicente Job q̄ non est potestas que ei valeat comparari super terram. immo etiam contra veram philosophiam hoc esset que virtutem substantie separate omni corpori prefert. Sed solum adducit et astruit capitulum illud q̄ non possunt tūc ad sequendum aliquam veram deam / eiq; seruendum. propter que videbatur illis sceleratis mulieribus quod realiter portarentur. Ex illo ergo capitulo iuncta fide et philosophia habetur esse possibile q̄ diabolus has maledicas personas portare et per diuersarum rerū apparitiones predicto etiam secundo modo deludat. Possibili autem posito in

## De strigibus.

esse nullum sequitur inconueniens/præcipue si sacris literis vel determinationibus ecclesie non repugnet. Donatur ergo per casum possibilem quod contingat multitudinem personarum sic a diabolo congregari et induci ad abrenunciandum fidei/contemnendum sacra/aliaque facienda que narrantur de strigibus ex quibus merito veniunt ab inquisitoribus et fidei iudicibus puniende. Tali autem casu posito querendum est quomodo poterit iudex in eorum notitiam deuenire/si non est credendum complacibus et socijs horum criminum qui deprehensi sunt et iudicialiter confessi. Neque enim alius homo potest ista cognoscere. et hi qui de tali societate supponuntur esse/terribilibus sacramentis se astringunt ne seinuicem aliquatenus accusent neque factum proपालent nisi forte causa seductionis alicuius. etiam si contingat aliquem hanc datam non seruare fidem/ horribiliter vapulat a consocijs vel a demone/ nisi forte sint in fortijs inquisitorum. licet etiam neque sic quandoque possint euadere. Quomodo ergo tam accerrimi hostes fidei tolerantur de terra/ ut intendit sancta mater ecclesia? Quis autem audeat presumptuosus vel sciolus dicere quod licet iste modus delusionis sit diabolo possibilis/ non tamen videtur illo/ neque illum deus permittit? Nun de permissione dei debet quis sentire aliter quam sancta mater exposcat ecclesia/ et rerum ostendat euentus? Abi nam autem habet quis ecclesiam docere quod hec deus non permittat? Quin etiam oppositum illam sentire ex hoc videtur/ quod auctoritatem et omnem fauorem prestat inquisitoribus contra tales nequissimas personas. Euentus quoque et frequentissima sperataque iudicia id ipsum docent. Iudices omnes fidei et innumerabiles consiliarij sic esse iudicantes testes infiniti idem affirmant. Quomodo ergo potest quis sapiens adstruere id impossibile aut etiam non de facto contingere? In hoc discernant omnes si ratione mouentur aut voluntate seu quomodolibet alia sinistra causa vel intentione. Et casus quisque ponat ante oculos suos quod sit ipse iudex aut gubernator in aliqua ciuitate ecclesie/vel cuiuscumque principis. et compareat ante eum qui dicat se hominem audisse dicentem quod conuenientium in cursu duo ciues tractarunt dum ibi essent tradere ciuitatem hostibus ecclesie vel principis. et quod vocato homine illo/ sic esse ab eo discat ut a teste de visu. et id quod intali casu crederet/ aut faceret si iudex esset/ vel certe fieri consuleret si consiliarius esset vel affesor iudicis/ faciat ordo/ vel non minus credat/ aut fauorem prestat inquisitoribus qui predictis modis similia cognouerit/ contra christum in tali cursu fieri vel tractari/ si vere christianus est. Cetera ecclesia hec esse possibilia immo de facto contingere credit non solum indirecte/ dando generaliter auctoritatem inquisitoribus contra tales sicut contra hereticos/ et eorum iudicia non solum non reprobando/ sed potius approbando. verum etiam quia directe/ et specialiter sectam hanc insequitur/ et per specialia priuilegia Inquisitoribus mandat ut hostilissimos homines usque ad extremam interitum et exterminium persequantur inuicte. Un-

de quod Innocentius mandauerat palmo Inquisitoribus Alemannie ut supra reclaratum est. et Julius postmodum Inquisitori Cremonensi confirmauit ultimo Adrianus sextus Pontifex omnibus inquisitoribus congregationis lombardie ordinis predicatorum. mandans ut officium inquisitionis exerceant contra predictam sectam personarum que a fide catholica deuantur/ fidem ipsam quam in sacri susceptione baptismatis abnegantes/ sacramentum crucis pedibus conculcantes/ et opprobria super eam perpetrantes/ ecclesiasticis et præcipue eucharistie sacramentis abutentes. diabolum in suum dominum et patronum assumentes/ eiisque obedientiam et reuerentiam exhibentes/ et suis incantationibus carminibus sortilegijs aliisque nefandis superstitionibus homines animalia et fructus terre multipliciter ledentes. aliaque quæ plurima nefanda excessus et crimina eodem diabolo instigante committentes inueniuntur/ eosque puniant sicut modum contra alios hereticos a iure et sacris canonibus statutum. Unde patet quod cum hec secta non sit nisi secta strigum. et ista nefanda faciant nisi pro magna parte in cursuque et ibi sectam faciunt. et conuentum/ et non alibi nec alio tempore ola. sed quia quod Pontifex supponit et determinat non illuzorie sed vere et realiter hec in cursu fieri et perpetrari. Quam etiam sectam Clemens. vii. per breue quod directum est Reuerendissimo Episcopo polensi Subnatori/que Bononie mandans eidem ut contra quosdam mirandulanos eisdem secte prester omnem fauorem Domino Inquisitori Parmensi. et incipit. Accepimus non sine animi appellat expresse heresim strigiatum. Cum ergo ex predictis concludatur quod predicta crimina non committuntur a predictis hominibus illuzorie sed vere. oportet quod non in somnis vadant aut deponantur ad cursum sed vere et realiter. et consequenter quod fides prestanda est testibus de visu contra tales. Alias periret omnis modus procedendi contra tales/ vel cum maxima difficultate possent deprehendi: eo maxime quod sicut per eorum confessiones agnouimus/ sacramentis (ut diximus) magnis se astringant seinuicem non reuelare. Certe aduertendum est etiam quod si testibus non creditur contra alios propter assertam delusionem/ iam non esset etiam credendum seipsum accusantibus vel inridicis consentientibus quod talia sibi contingerint/ eo quod cessandi pariter esset de clasi/ et eis esset compatiendum et non sententia contra eos ferenda/ si viderent se nunquam extra cursum tale quid fecisse/ nec ex corde unquam talia se perpetrasse aut contra fidem quicquam opinatos esse. Quod tamen nullus sane nentis concederet. et practica omnium inquisitionum est in contrarium. Cetera ex eisdem Pontificum verbis hoc elicitur quod eundem debent contra sectam istam seruare modum inquirendi et procedendi quem seruant sicut iura contra alios hereticos. Modus autem ex parte intentionis ipsius inquisitionis et efficacie tam interioris quam exterioris/ est ut intrepide omni/que humano timore et cuiuscumque commodi vel lucri amore postposito inuicte procedant. Et in priuilegio quodam Inquisitionis quod incipit.

Ex parte vero ordinis procedendi et executionis ut

nis. vt simplr & de plano ec.c. Statuta de heret. lib. 6°. Item vt excommunicari & participes vel socij criminis in testimonium admittantur. cod. rit. In fidei fauores. Contra istam ergo secram hoc vt rino modo procedendum est. Tenent ergo credere inquisitores omnibus qui testimonium contra hanc sectam terre voluerint/etia si dicant se socios criminum. Non potest ergo interponi qd isti socios se dicentes no sunt audiendi/qd deludantur per prestigium vel quomodolibet aliter: quia iam tolleretur modus procedendi contra istos quo procedi debet contra alios hereticos. quod est contra voluntatem & mandatum ecclesie in predicto prinilegio Adriani. Unde patet qd illa enasio nulla est/ & irrationabilis & periculosa fuga.

¶ Eadem secunda ratio ex eodem fundamento tripliciter confirmatur. Cap. 16°.

**P**reclusa igitur predicta enasione ad secundam rationem principale confirmatur ipsa secunda ratio principalis tripliciter. Primo sic. Si duobus testibus & in preiudicium tertij tam in iudicio creditur qd extra iudicium de rebus possibilibus cuenire. multo fortius credendus est maxime multitudini tale quid conuoluntate afferenti. Quia de quo minus videtur inesse & inest/ & de quo magis/ per regulam topicam. Maxima est autem multitudo talia narrantium vt supra deductum est. Sed & hec ipsa que narratur/ esse possibilis supra in primo principali probatum est etiam ex sacris litteris. Ergo non sunt hec tam facile passimq; neganda (vt nonnulli faciunt). Confirmatur secundo eadem secunda ratio. sic. fama quas omnes famant/ non ex toto perit: & impossibile est qd famosum sit falsum ex toto. In philosophum in lib. de somno & vigi. 27°. Et hinc. Maxime autem si fundetur narratio in certitudine sensuum. Non enim possunt falli sensus exteriores circa propria sensibilia vt dicitur in secundo de Anima. Narrant autem omnes isti ea que ab eis videntur & sunt supra naturam/ & ea esse vera testificantur de visu pluribus sensibus. Et in hoc omnes conuenire qd corporaliter fiant que sensisse se dicunt/ publica & vniuersalis est fama. Non ergo ex toto falsa esse censenda sunt/ aut purandum est vniuersaliter tales personas decipi vel decipere. Zicer forte interueniant sepe delusiones. vt supra declaratum est. Confirmatur tertio eadem ratio sic. Si quod est magis incredibile qd illud de quo est sermo vel saltem eque incredibile/ & nihilominus a sanctis Doctoribus hac sola ratione creditur & pro certo asseritur/ qd a multitudine virorum ac mulierum/ tam eorum quos sunt experti/ qd eorum etiam qui ab his qui experti sunt didicerunt & cognouerunt/ enarratur & confirmatur/ multo magis ab omnibus credendum erit quod est magis credibile vel saltem eque credibile/ & qd est eque vulgatum & affirmatum ab his qui experti sunt / vel ab expertis certa relatione cognouerunt. Nam cum cito sine ratione credere sit indicij leuitatis. iuxta illud Ecclesiastici. xix. Qui cito credit/ leuis est corde: magis hoc alienum esse debet a sanctissimis & grauissimis ecclesie san-

cre doctoribus qui tam naturaliter qd supernaturaliter doceri sunt supra ceteros muneribus intellectus/ qd a quibuscunq; alijs. Magis autem credibilia sunt omnia que narrantur a strigibus fieri in cursu illo diabolico/ preter hoc qd etiam affirmat sibi contingere/ demones inquam esse eis incubos aut succubos/ qd hoc ipsum qd exceptuatum est/ ibi vel alibi expleri per demones. Et tamen hoc ex sola multitudinis assertione pro certo tenent Aug. Tho. ceteriq; Theologi. Ergo multo fortius a nobis non debet illa negari de quibus est sermo. Quod autem hoc sit magis incredibile/ & magis videatur a possibili alienum/ ex hoc manifestum est qd demones cum sint spirituales creature/ corporales delicias aut oblectationes no magis admittunt/ eisq; oblectari no magis possunt sensitiua oblectatiue/ qd lapides. Sicut. n. lapides ita & angeli sensibus carent/ quorum obiecta sunt illa oblectamenta/ consequenter videntur et ab eisdem spirituum voluntate aliena: licet in corporibus assumptis possint ab illis opera motusq; tales quasi vitales perfici/ & in illis intellectualiter non autem sensualiter oblectari propter animarum perniciem / eorum inquam qui tale cum eis habent feridissimum commercium. Quia tamen (vt diximus) vident elongata hec opera vilissima & vilitatem animi preterdencia/ vt pote subiecti passionibus concupiscentie turpissime/ ab eisdem spirituum eleganti natura/ porius qd opera circa corporalia quidem expleta: sed tamen virtute eorum ac potentiam premonstrantia/ qualia sunt hec que narrantur accideri talibus hominibus in illo diabolico cursu: minus illa credenda forent qd ista. Quod vero sancti doctores non ratione aliqua vel reuelatione moueant ista credere/ que minus credibilia sunt/ & vt vera cunctis illa Christianis annuncient no nisi sola fide narrantium. patet precipue per vltum Augustinum qui hec ipsa primus inter catholicos in scriptis redegit nedum possibilis/ sed & facta in. xv. lib. de ciuitate Dei. cap. xxij. Vbi sic ait. Creberrima fama est/ multiq; se expertos/ vel ab eis qui experti erant de quorum fide dubitandum non est/ se audiuisse confirmant/ siluanos & phannos quos vulgus incubos vocat / improbos extrinsece mulieribus/ & earum appetisse & peregrisse concubitus: & quosdam demones quos vultus galli nuncupant / assidue hanc immundiciam & temptare & efficere/ vt hoc negare impudencie videatur. Hec ille. Hoc idem tenet etiam sanctus doctor non nisi ob Augustini predictam inductionem. Sed neq; alij doctores sancti/ videlicet Gregorius et Isidorus qui tales vari demones incubos & succubos affirmant/ vt supra inductum est/ alia ratione ad id moueri possunt nisi predicta. Cum hoc ex sacris litteris non habeatur neq; reuelatione piscorum: neq; per naturalem factorum cursum. Cum ergo eorum que a strigibus asseruntur/ fama sit communior/ & assertio certior/ eo qd iuramento iudiciali vbiq; firmata sit: sequitur a maiori qd eis indubitata sit addibenda fides. Si enim ista negentur: & extrimentur quasi a delirantibus introducta/ non minus delirare purandum esset illos qui ea que minus credibi-

l. vbi  
nunt.  
d. d. rest.  
l. c. no  
nr d. in  
licet in  
rimina  
ab. c. f.  
vid. rest.  
p. An  
to. d. bu  
r. c. fe  
p. in. c.  
ay. velle  
nus de  
m. im  
no. 2  
p. opa.  
vt. nor.  
d. in. c.  
d. i. j.  
p. iij. er  
Ab. b. in  
d. sup. e.  
d. y. de  
rest.

De  
qua ba  
betur in  
hoc m  
lo ma  
pa. c. d  
ac. san.  
ecde.

Et  
laris py  
et nora  
tis per  
lar. in  
de mi  
noe. s.  
p. riuu.  
f. x. qd.

## De strigibus.

Ha sunt referrent: que tamen credunt sancti Bo-  
crozes (vt diximus) quasi non delirantium re-  
latione comperta. Sed et quod magis propo-  
situm roborat et confirmat / hoc ipsum quod strig-  
es afferunt / de conuersione (inquam) saltem ap-  
parente) earum in catos / tenet Augustinus et  
se verissimum: licet non secundum hanc speciem  
verba faciat. Et hoc tenet non nisi relatione eor-  
um qui eiusmodi vel certissime se audisse / vel  
etiam expertos se esse asseuerarunt. Hanc lib. xvij.  
de ciuitate dei capitulo. xvij. postq̄ retulit que a  
gentilibus narrantur de socijs Aëris in bestias  
a Circe maga conuersis: et de Archadibus qui  
transharando stagnus / conuertebantur in lupos.  
Et rursus de Archadibus in lupos conuersis dan-  
sto quodam imolato liquoze deo suo Lyceoz post  
nonnulla subiungit / et probat hec esse credenda /  
propterea q̄ et temporibus suis talia fieri referretur.  
Unde sic dicit. Si enim dixerimus ea non esse  
credenda (que scilicet prenarrata sunt) non de-  
sunt etiam nunc qui eiusmodi quedam vel certis-  
sima audisse / vel etiam expertos se esse asseuerent.  
Nam et nos cum essemus in Italia / audiebamus  
talia de quadam regione illarum partium / vbi  
stabularias mulieres imbutas his malis artibus /  
in caseo vare solere dicebant quibus vellent seu  
possent viatoribus / vnde in iumenta illico conuer-  
terentur / et necessaria queq̄ portarent. post que  
perfuncta opera / iterum ad se redirent. Hec tamē  
in eis mentem fieri bestialem / sed rationalem hu-  
manamq̄ seruari. Hec Augustinus. Ex quibus  
patet q̄ ipse non nisi ob plurimum testium asseue-  
rationes credebat talia fieri arte magica: quibus  
non dissimilia sunt que predicantur ab inquisito-  
ribus accidere strigib⁹: et hoc relatione eorū qui  
sunt experti: sicut est de conuersione strigum in ca-  
tos: non tamen quo ad veram nature speciei mu-  
tationem sed apparentem. et par ratio est de om-  
ni alio euentu mirabili per tales / circa casus dia-  
bolicis cursus / enarrato: et ab innumera testiū mul-  
titudine confirmato. Unde cum supra probatum sit  
omnia talia esse possibilis: neq̄ sacris litteris  
repugnare: proculdubio sunt ab omnibus creden-  
da: nisi quis vellent esse sapientior Augustino cere-  
risq̄ sanctis doctoribus / qui eundem Augusti-  
num in hac immitantur credulitate.

Ad idem ratio tertia ex multi-  
plici experientia per nobiles  
inducta. Cap. 17<sup>m</sup>.

**Tertio** probantur hec esse credenda pro vt  
ab inquisitoribus vera predicantur  
ratione sumpta ab experientia / que dicitur rerū  
magistra. Et sic arguitur. Ad quod multiplice  
experientia comprobatur / non est negandum. Ni-  
hil enim certius quā quod sensibus notificatur:  
quod ad experientiam pertinet. Sed ea que a stri-  
gibus narrantur sunt etiam in diuersis locis per  
experientiam ab alijs q̄ a strigibus / quo ad facti  
substantiam comprobata. Quod quidē inducitur  
primio q̄rum ad corporalem relationem (omissis  
que ab authoribus antiquis Vincentio inquam  
historiali / et Petro damiano asseuerantur / de quibus  
vide si placet in mallo maleficarum parte secun-

da ca. 3. quod et in solutionibus argumentorum  
explicabitur succinte) in medium tantum indu-  
co nunc ea que nostris temporibus ab his qui pro-  
certo cognouerunt enarrata sunt. De veritate  
namq̄ predicti cursus diabolici omissis innume-  
**Postremo** satisfaciendū est his que in vltimo argumēto iducta sunt. Et primo quidē omnia illa que tanq̄ in cōueniētia inserunt/ non impossibilia sunt: sed potius in p̄posito cursus illius diabolici ritū/ verisimilia sunt: et p̄ p̄s facile credibilia. Nam vt a primo q̄d inducitur inchoamus/ qui homagium semel diabolo fecerit/ q̄ non possit postmodum a proposito resiliere/ facile credit potest: cum hoc in penā deo reprobatē/ pestiferis his hominibus iuste debeat/ quod celorum et orbis terre conditor contempno/ apostate Diabolo apostate adherent. eiusq; se subiiciunt p̄petue seruituti. Non tamē ob hoc aufertur ab eis arbitriū libertas: neq; commune sibi deest auxilium dei quo oēs conrunt ad se trahit. Unde si faceret misere ille plone

quod in se est/ vt diaboli seruitutē euaderet/ procul dubio per dei clementiā de manu illius liberarent. Sicut et de facto plures conuertunt ad deum per illius misericordiam mouentem atq; trahentē: et per Inquisitorū et sermorum dei solertiā et doctrinā. Cū his tamen vt plurimū corporaliter a demonibus flagellantur/ ac multiplex affliguntur/ anteq; valeat rationaliter liberari: tantū sceleris aliqualem punitio nem/ idipsum exigere diuina iustitia. Et hanc intendunt impossibilitatē striges dum dicunt se nō posse resiliere a promissione illa: atq; alias (inquunt) crudelissime vapularēt a demonibus vel sodalib⁹. Quis aut̄ in caros cōuertant striges vel in hoc deludantur per prestigium: quo etiam possint per cubacula currere vel saltare caronū more/ suggereq; sanguinē puerosum: et alia huiusmodi facere q̄ in argumento inducta sunt: superius multiplex est expressus. Per ea et que similia facta legunt̄ in hystorijs auenticis/ hec aperte tiffime comprobant. Legit̄ quippe in vitis patrum sanctorū/ de beato Machabario. q̄ quidā ad eū mulierem duxerunt: que tū ab eis non mulier sed equa. vīdebat/ dicentes q̄ cū mulier esset/ conuersa in equā fuerit/ facto contra eā (vt putabant) aliquo maleficio. Unde sanctū virū rogabant vt ille eā in mulierem dei virtute p̄uerteret que prius fuerat. Sancto aut̄ viro non equa/ sed sicut vere erat mulier apparebat. Neq; enim p̄ualebat demon sanctū virum deludere/ sicut illos deludebat hoies per prestigium. Quis ammouit scrib̄ Machabarius statim ab eis orationibus suis. Multa id genus in maleficarū malleo referunt. vt scipue p̄ de illo Iuene mercatore q̄ in insula Lyp̄i facto maleficio contra eū per magam/ ab oibus asinus videbat. que maga tandem per dei voluntatē super hoc deprehensa/ fuit incinerata: et iuuenis soluto maleficio liberatus. Quod factū/ sile fuit illi q̄d de seipso refert Apuleius in libro quē ob hoc ip̄m facinus referendus/ edidit/ et appellauit de asino aureo. Harrat. n. se in asinus prout sibi et alijs apparebat/ esse cōuersum/ vnus magis ligatus maleficio. a quo post diurnū temporis sp̄acium solutus/ in pristinā suam sp̄em rediisse videbat. Et hoc alijs que similia contigisse dicunt: et talia huiusmodi veritatis prebeant argumentū. Neq; tū hec in aliquo sanct̄ bis que a diuo Aug. in. 18. de ciuit. dei. c. 17. dōnantur et reproban̄ vere facta fuisse per magas/ vt referrebat in libris gentiliū. Sicut fuit q̄d legit̄ de Circe illa pessima maga q̄ socios Alis conuertit in bestias: de eo quoq; q̄d legitur Archades deo suo Zycoo tale sacrificiū immolare cōsueuisse/ ex quo q̄ cūq; sumerent in bestiarū formas illico p̄uenterent. vt supra etiā relatū est. Hec. n. oīa sicut et alia sup̄ predicta magicis p̄stigijs potius fingebantur q̄ rei veritate complerent. vt dicit̄ et ibi Augusti: et recitant a Gratiano. 26. q. 2. c. Nec mirū. Quod etiam de socijs Diomedis refert Aug. in eodē hb. c. 16. a gentilibus affirmari cōuersos in aues esse/ ludificatione factū est demonū/ qui in auiū formas apparuerunt/ vel pro eisdē socijs aues occulte ex alijs locis vbi est hoc auiū genus ad ea loca p̄e demones sunt perducte/ vt idē Aug. dicit̄ in seq. c. 13. eisdē libri. Non est igit̄ impossibile mulieres in caros et bestias/ qualibet prestigiose conuerri seu talia a talia apparere/ demonum malicia concurrente.

## De strigibus.

**C** De obligatione illa qua diabolo striges promittunt occidere pueros: & quare deus tot innocentium iniustā (vt ap- parer) necem pmittat. Ca. 33<sup>m</sup>.

**Q**uod vero diabolus exigat a strigibus vt strigent omni tanto tpe puerum vnu siue puellā/idipsumq; pro voto illius perficiat: & si flebile fit/non tū incredibilem ex parte demonis qui maximo odio persequit nomen christi: qd precipue reducit in effectum in pueris baptizatis: vnde persequitur eos ac si xpm persequeret. Prohibet etiam quantum sibi possibile est baptizatum: & hoc ppter iniudiam qua humane salutis semper insidiat. Tum ex parte strigū/que carnibus eorūdem a se primo occisorum infantū & postmodū exhumatorum delicatissimis vesci consueverunt: & ex eisdem pro parte ad consumptionem vsq; decoctis in aqua/conuersisq; in liquorē: vnguentū illud nefandissimū de quo supra cōficiunt/ admixtis sacramentorū materijs in fidei opprobriū/quo valde demones delectant. Tū ex parte diuine iusticie qua dignū est parentū scelera puniri vsq; in terrā & quartam gnerationē. Nonnulli enī non legitime filios gnando nonnulli gentis maledicendo/malaq; diuersimode impredādo/deū offendentes/ad iram p̄uocant que ferueat in filios ministerio demonū & strigum. Idipsum quoq; qñq; negligētia meret eorūdem parentū/oum paruitos suos signo crucis/orationibusq; deuotis non munitur mane ac sero. quatenus p hoc a demonijs infidijs liberent: sed potius (vt dixi) per hanc suam negligentiam illas incurrunt. Sed & p̄tētem hanc qñq; in pueros illos accipiūt malefice striges/ quorum parentes pro eisdē vel pro alijs curādis/demonibus consuluerūt: & perhinas & incantationes eis salurem corporale obrinere p̄curauerunt. vt per que quis peccat/ per bec ēt iustissime torqueat. Quod autē affertur de calamita/nullā habet impossibilitatem. Non quidē q in calamita illa quantumcunq; diabolicis artibus demoni cōsecrata/vel poti⁹ excreta/aliqua virtus inueniat ad talem effectū. Sed ex pacto habito cū diabolo/statim accepta calamita definit diabolus carū fantasiam perturbare/qua perturbatiōe videbat eis q essent catur hoc modo ad sensum proprium reduci dicuntur. Quod etiā argumentum affert vt aperte falsum/innumerabilium inquam saluum puerozum interitum/ si que referuntur de strigib⁹ omnia vera essent/ neq; possibile iudicandum est/ nec ex roto falsum. Multitudinem quippe magnam puerozum hac peste mori/ & si non omnibus notum sit. in his tamen partibus vbi fetidissima nec minus crudelissima secta bec inuale scit/ sicut precipue reperit in Lumana diocesi/ & per omnes confines inter Italiam & Germaniam/ manifesta docet experientia/ ita vt turmatum populū cogatur inquisitores accire/requirere/ ad proprias terras duceret vbi vicini vicinas atq; cognatas/ fratres sorores/ filij matres/ viri vxores. & ecomerso viros quocunq; naturali vel accidentali federe coniunctos/ & alias omnes accusant & tradunt in manus inquisitorum quas habent personas suspectas q striges sint. In dies enī comperiunt multitudinem puerozum occidi: ita vt nec his qui de domino sunt parcant maledicte ille persone. sed proprio

rum etiam filiozum natos/ ceterosq; nepotes/ quā immo quandoq; proprios filios/ (quod horrendus est etiam dictu) strigent & interficiant/ sicut ex numero inquisitorum processibus exploratissimū est. Illegitimozum etiam per hospitalia paraxima moritur ista peste. Sed & strigiarozum puerozum per singulas ciuitates/ castra/ villas & terras multitudinem in ueniri perireq; probatione non eger. Zicer etiam saluum curentur plurimi vel ab alijs strigib⁹ (etenim strigarum quedam curare strigatos sciunt/ a diabolo magicas artes edocte/ quedam vero nesciunt.) vel naturali etiam aliquo subfidio vbi non perfecte strigari sunt pueri. Ad certe diuino auxilio impetrato parentum aut seruent dei orationib⁹ & votis. Qui enī in huiusmodi maleficijs & in alijs curandis obseruarent ea que docet cap. Si per fortissimas. 3. qd. 1. facile per dei misericordiam curarentur. Quod vero in argumento dicitur nolle striges curari pueros quos inficiant/ verum est quidem/ sed ei non est contrarium quod paulo ante dictum est/ quafdam inquam striges curare pueros &c. Zicer enim que vastant pueros/ nolent a se strigatos curari simpliciter: sepe tamen timore maioris mali/ dum scilicet suspitio de eis oritur q strigauerint aliquem: vel etiam spe maioris boni/ dum scilicet sperant curationis p̄mium/ vel alicuius magne persone amicitia & beneuolentia/ curant quandoq; quos ipsemet vastauerāt/ & quoscunq; alios: prout faciebat illa famosissima striges que super iouibus diebus Ferrarie combusta est. Facilius autem si requirantur/ eos curant qui non se sed ab alijs strigib⁹ infecti sunt. Et i his diabolus libenter cooperatur: quia per hoc plurimos deducit ad inferos. Omnes enim qui per strigum artes & incantationes/ superstitionesq; notias/ puerozum curam requirunt: vel ad hoc auxilio consiliove cooperantur/ mortaliter peccant. Et sic diabolus maledictarum harum personarū ministerio/ omni ex parte contra christianozum salutem tam corporales q; spirituales/ plurimum inuale scit. Deum autem opt. Max. innocencium mortem permittit is cognoscit non esse iniustum/ qui attendit/ ea oia grauissima scelera que supradicta sunt/ eius iram vindictamq; grauiter prouocare contra eos qui proprio etiam non sunt obnoxij reatu: sed vel primo vel proximorum parentum peccatorum penas non iniuste luunt/ vt superius extitit declaratum. Qui etiam cōsiderat deum mala maxima/ oīnaq; spūalia permisisse grauissima/ vt p̄e ceteris fuerit angelorum & primi hominis casus/ ne libero cuiq; arbitrio violentiam videretur inferre: non mirabitur si mortem permittit innocencium de se puerozumque vsq; strigum & demonum malicia quasi violenter prohibeat: & precipue cum idipsum ex alia parte iniustitia illius deposcat/ qui est Deus Benedictus in secula seculorum. Amen.

**C** Finis questionis de strigibus edita a fratre Bartholomeo de spina pisano ordinis predicatorum. Vitae regularis.

Edita Anno Domini. 1523.

# De preeminētia sacre Theologie. Tractatus primus. 19

Tractatus de preeminētia sacre Theologie super alias omnes scientias et precipue humanarum legū. editus per R. patrem Fratrem Bartholomeum de Ipinā Milanum ordi. predicatorum.

## Prohemium.

**P**erfecto de strigibus opere/cū eius impressio p plures annos preter spem perentium sic oilara / contigit me volantibus luminibus percurrere Illustrissi. Jo. Francisci Comitis Mirandule de eisdem materia questionis editionem preclaram. Quam quidem ubi consonam quo ad conclusiones principalem nostre comperi / vtrāq; propiis sic gaudere permisi / vt neq; nostram exornarem ex sua/neq; suam vel in minimo reprobarem:quādo quidem veritatē et illā assequutā purauerim. Inde opus offendi qd olim edidisse perceperā preceptorē meum clarissimum Magistrum sacri palatij / plenius materiam istam/simul ac alia plurima cōplectens/que ipse consulto veluti intentioni nostre in pertinentia in nostro opere pretermiseram. Saudens autem per omnia me doctrine illius imitari perfectionē/vt plenius ab omnibus veritati tribus cōfirmate testibus inuiolata fides adhibeatur / ex illius opere nec minimum verbum assumere volui/quis conformia/immo eadem in nonnullis tum auctoritatibus/tum rationibus/tum et exemplis inducamus. Ad quidem firmiorem apud oēs causabit fidem/quando vnus ab alio non accepisse cognoscat qd edidit. Post hec aliū de lamis editū tractatū a quodā Legista/cui Jo. Frac. Ponsi. nomen ē/per. oia conclusiōi nre hriū et aduersum percurri. Quē pro veritate rēda duxi pro vt falsa cōtinet reprobare. Verum q; purū Legistam velle materiam Theologicā ita discutere/vt preclarissimis sapientibus tum Philosophis/tum canonistis/nec non et Theologis profundissimis quales sunt cōmuniter domini Inquisitores heretice prauitatis se opponat/prima facie presumptionem extremam sapere videretur:quinimmo derisionem et ronchum apud sapientes excitat et incultur:malū ille malo copulās / et ignorantiam cecitati connectens/aliū premitit immediate tractatum/in quo probare pro virili cōtendit/leges ipsas civiles tali sublimitate ceteras omnis sciētias anteire/vt per eas valeat immo debeat ipsi Legiste questiones theologicas nō solum aliquibus declarationibus saltem a posteriori(qd omni sciētie nec nō et sensui conceditur) aliquantulum attingendo decorare:verum etiam decidere et terminareq; contra cōem etiam Theologorum ac sanctorum doctorum sapientiam et profundissima fundamenta. Audet insuper Apostolice sedis sanzionibus et prudentie preponere suam:vt qd illa decernit vocandos esse iuristas ad prebēdum inquisitori consilium semel tantum/perfecto in quas processu. affirmet bono hic preuocandos/et eorum presentia necessariam ad examinationes reorum oēs et qōnes. Tantam autem viri huius insolentiaz admiratus/

exhorui. Ne igitur propter eius allegationes (que tamen bene perspete/inuicemq; collate proposito suo non fauent) aliquos in plena luce cecurire contingat/et ex hoc molesti se dominis Inquisitoribus prebeant:vel certe ab eisdem Inquisitoribus vt impeditores officij/molestiam et confusionem ipsi potius et merito patiatur/claraq; veritas hisce fumis nullatenus obumbreretur/eiusdem veritatis fa bello paucis eisdem abijcere hoc ordine decreui/vt in primo eduobus quos nunc edo tractatus conciliacionem primi illius viri tractatus erroneam esse probem:ostendamq; non solum non preferri leges Theologie:non solum non debere vel posse legistas questiones theologicas dirimere vel decidere:veritē etiaz q; tanq; valde alieni ab omni Theologicali speculatione/nullatenus sunt admittendi vt vltū verbum circa talia magis promant q; puri caudicis nisi forte sint pariter canoniste non vulgares. Scdō conclusionem secundi tractatus eius vt erroneam in ecclesia reprobo/confirmans oppositam/et inductas ab eo demoliens captiuinculas. Circa primū autē qd proposui sic procedam more Philosophantium/ vt primo proponam pro singulis opiniōibus singulas rationes quibus tota questio dubia redatur. Scdō vero rationib; clarissimis et efficacissimis veram nostram opinionem que sue opponitur obfirmabo/euasiones eius pariter precludendo. Extremo vero loco cetera figmenta que pro opinione eius facere videntur producta labefactabo. Quia vero vt dicit Diuus Tho. in tractatu contra retractantes hominem ab ingressu religionis/incōsonum et derisibile videtur q; sacre doctrine professores iuristarum glosulas in auctoritatem inducant:ideo a talibus auxilijs allegatiōibusq; precipue civilibus abstinēdo. eo vel maxime q; ordinarie talia discurre re religiosorum professio non admittit. Quinimmo sicut nobilissime sciētie comprobantur alumni/ita etiam ex proprijs/aliorum iudices an vera dicant vel falsa/constituuntur/merito reprobantes omnia que sacris in literis fundate sapiētie sue repugnat/et eidem tantūmodo consona recipiētes. Ad et ipse seruabo/theologice probans et acceptans quicquid circa presentes qōnes verum et catholicum fuerit/falsitate fugata.

Questio dubia per oppositas rationes proponitur: et ex duobus fundamentis principalis conclusio probat quā auctoz proponit. Cap. 1<sup>m</sup>.

**Quantum** ad primū igit/probari posse videtur legum scientiam esse prestantiorem Theologia/ita vt possit et questiones Theologicas determinare. Nam sciētia q; cōplectit simul diuina et humana dirigens homines in omnibus suis operationibus ad finem tam proximum q; etiam vltimum qualis videtur esse sciētia legū civilium vt. j. deducitur. vt preeminere sciētie que tm diuina pertractet qualis est Theologia. ergo et. Cōn contrariū est qd habetur. d. x. c. Reges. vbi dicit q; Theologia est sciētia superior et magis digna. et ea. d. c. certus et. c. suscipitis/et q; lex imperialis nō est supra legem dei/sed subius. Cū. ergo sciētia que inferior est/nō habeat superiores examinare / et pūr necius qōnes decidere / sequit q; ius civile nō debeat neq; possit Theologicas qōnes determinare. d d

# De preemin. Sa. Theo.

¶ **P**ro absolute huius propositi dubij / sciendū est primo q̄ vnam scientiam se introuertere de q̄o nibus alterius p̄t vnobus modis contingere: vno modo vt ordinata ad finem illius: hoc est propriū inferioris ⁊ subseruientis. Alio modo vt ordinata principiorū eius: hoc est propriū scientie superioris. ¶ **2<sup>o</sup> de Metaphisic.** ¶ Sciendū est sc̄do q̄ cuius est propriū fundare veritatem / propriū est ēt oppositam falsitatem refellere. Fundat autē superior scientia veritatem inferioris ordinado stabiliendo q̄oq; principia eius ex quibus cōclusionum veritas orit̄ ⁊ infertur. Unde oppositam etiam reiciant falsitatem necesse est: q̄o quidem inferior circa superiores in his q̄ ad superiores ipsum proprie spectat / attendere non potest. Ista sunt nota philosophis: ⁊ habetur ex doctrina Aristot. primo posteriorum: primo etiam ⁊ quarto Metaphisice. ¶ **H**is premiffis ponitur conclusio in qua consistit positio ⁊ opinio contra primum tractatum Aduersarij / que talis est.

¶ **R**egum scientia non p̄t se introuertere ad decidendas q̄ones proprias Theologie / ⁊ precipue vt ipsis Theologis se opponat. Que conclusio per supra inductam ⁊ hic plenius declarandam rationes inuictissime sic probatur. Scientia inferior nō p̄t decidere q̄ones superiores. Sed sciētia legis civilis est inferior q̄ sit scientia sacre Theologie. ergo per leges civiles non possunt legite se introuertere ad decidendum questiones Theologicales.

**Conclu  
sio p̄nci  
palis.**

**Proba  
tur.**

¶ **C**onducre probationis amplissima de  
claratio. Cap. 2<sup>m</sup>.

¶ **P**ro declaratione prefate probationis ⁊ prime in ea sumpte propositionis. notandū est primo q̄ superiora in entibus ⁊ nobiliora / sunt communiter cause minus nobilium: ⁊ consequenter habent hoc ordinare ac in p̄prios deducere fines. Manifestum est enim primo in spiritalibus q̄ superiores spiritus purgāt ⁊ illumināt inferiores s̄m Dio. viij. ca. cel. Ter. Inferiores vero spiritus separati quales sunt infimi ordinis angelorum / instruunt ⁊ in suos fines dirigunt spiritus cōiunctos / animas inquam nostras quibus natura prestant atq; virtute. Quae ēt ratione indulsit diuina clemētia vt qui liber homo in sui custodiam habeat ab exordio natiuitatis eius angelum sibi specialiter delegatum. vt dicit Diuus Hier. super illud Math. xviij. Angeli eorum ⁊c. Et hoc principaliter propter salutes anime. Spiritus ēt ipsi oēs / cum corpora quelibet antecellant nature prestantia / sunt eorūdem corporū cause vel quo ad motum / sicut intelligentie que celos mouent propter quem ēt motum / esse causant atq; conseruant in inferiori machina corporali / vt Philosophus. viij. philosophorū ac. xij. lib. Metaphisice docet. vel quo ad ipsum corpus esse / vt immediatum principium / quales sunt anime nostre / corpus viuificantes atq; seruantes. Corpora similiter que suprema sunt / inferiorum cause a deo sunt constituta. vt celum / elementorū: ⁊ inter hec nobiliora minus nobilium / ad modū quo naturalis locus sui locati conseruatius est / s̄m philosophum quarto ⁊ octauo Phisicorū lib. Hoc ipsum etiam q̄o intendimus / in politicis inueniri clarissime inuenitur. Verbellē siquidē ciuitates reguntur per nobiliores genere / morūq; simul ac scientiarū pre-

**No. p<sup>o</sup>.**

stantia precellentes. ¶ **H**eruer sus. n. esset 3<sup>us</sup> ordo regni deuaicans vniuersale bonum. Non secus igit in ordine suo cōringit circa scientias. Ordinatur. ⁊ in fines proprios inferiorum superior dirigat. Quae etiam ratioe Philosophus probemio Metaphisic. Metaphisicā sapiētia esse probat ex hoc q̄ oīum scientiarum nobilissima. quo consequit vt oēs ordinare / ⁊ nequa q̄ ab alia ordinari sibi propriū sit. Qualis ēt ordo regulaq; relucet in artibus ⁊ ingenijs vtilioribus. Ciuitis quippe sciētia militarem ordinat sibi subiectā: militaris / equestris. Hec quoq; sibi subiectas vt verbi causa frenafaciā / imperās ei vt talis forme frenos faciat ex tali materia. Aristidem nauigādū / nauifaciā ordinat ⁊ imperat ei. Hec simili modo preest carpētarie / bec incisiue lignorū. Sic architectonica dirigit ornamētatiā / bec latericiā vel aliam subseruientem. ¶ **S**ecūdo p̄notandum / q̄ decidere seu determinare q̄onem in aliqua scientia p̄tinet ad illum qui habet iudicare de cōclusionē illius q̄onis. ⁊ de medijs inducendis pro vel 3<sup>a</sup> talem conclusionem / quo v3 deducant intentum / vel certe ab eo decient. Est autē talis / vel propria ad quā v3 spectat ex sui p̄pria rōne de materia cōclusionis illius ⁊ rationum pro eadem q̄one decidenda productarū tractare: vel certe superior que (vt dictum est) inferiorē dirigat ⁊ in finem p̄monstrarum deducat. Cum igit decidere q̄ones theologiales p̄tinet ad theologiam sicut ad propriam ⁊ adequatam eis scientiam / nō secus ac legū civilium scientie propriū est ciuiles q̄ones absoluer. ⁊ sciētie canonū q̄ones canonicas. ipsaq; Theologia nō modo nulli scientie subit / verum ēt oībus prester altitudine sua: vt paulo post plenius ēt deduct: nulli dubiū iam esse p̄t q̄ altiori olum ordinat: ac nullius alterius ordinū subdita / p̄prias q̄ones ipsa sola diuidicat ⁊ dissoluit.

¶ **S**acram Theologiam ceteris omnibus scientijs esse prestantiorem. Cap. 3<sup>m</sup>.

**Quamuis** autē sacram Theologiaz oībus scientijs esse nobiliorē superfluum sit coram sapiētibz (cū de se pateat) accuratius demonstrare. ne tū p̄pter verba p̄sonū v3 minus limata / cōtingat quēpiam extimiatū a populo sapientem / in hac insipientiam cadere / vt asserat vel ēt opinet iacram Theologā ciuilibz leuibus esse subiectā / vel quoquo mō inferiorē / ipsosq; theologos parū forma legū peritie: ⁊ nō magis ipse leges eadem Theologie sicut ⁊ ceteras oīs sciētiās obseruare: hoc ipsum in quā q̄o in se clarissimū est / liber in olum ēt tam sapientū q̄ insipientū oculos clarius reddere per rōnes inuictas. ¶ **S**ed pro eorūdem rōnum firmiori deductione sciendū est q̄ scientia cū sit habitus pro demonstratōne acquisitus. vt p3 per Aristotelem primo posteriorū. ⁊ vnūq; sortiat ex eo nobilitatē quo sortit ⁊ esse / inde sciētie nobilitates venari necesse est / vnde propriū eius esse subori cognoscimus. Est autē esse duplex ipsius habitus sciēfici: actualis in quā existerē vnū / alterus vero specificū. Et primum quidē h3 ab intellectu in quo subsistat vt subiecto. Hæpe cū oē accidens actu existat inherēdo subiecto. Sciētia autē cū sit habitus / quōdā accidēs est: ⁊ intellectus ipse propriū eius ⁊ immediatū subiectū est atq; p̄ncipiū. Ex hoc igit sciētia ipsa

Ho.

ipsa nobilior est quatenus corporea qualitate: quoniam quidem malis ipsa substantia quae sola subiectum corporeae qualitaris est / a spiritali qualitate est intellectualis ois nobilitate deficiat. Scientia est quae nobiliori intellectui inhaeret (quoniam ad hanc considerationem spectat) residenti in inferiori / minorumque nobilitate praesentanti. nobilitate est necesse est. Quia ratione scientia dei clarior est quam scientia angelorum / et si forte cetera paria per impossibile. et ita angelorum scientia / hominum scientie merito praefert eadem causa. In eodem autem intellectu una scientia non est altera nobilior ex parte subiecti / nisi secundum quod una magis quam alia / vel eadem uno tempore magis quam alio firmiter radicatur in eo. quod quidem ex frequentatione actibus inhaeret. Et circa diversa scibilia quoniam non unum vel cognoscat / ex alterius notitia pendet. Sicut habens scientiam subalternam / per eam facile subalternam acquirat. Et circa idem scibile praesentat de eodem coniungit multa cognoscere. sicut habens scientiam conclusionis unius / firmat eam per scientiam prioris illam inferentis. In omnibus est quod frequenter fuerit meditatio / tanto perfectior scientia roborabitur. Quod quidem ex lumine quodam inhaeret intellectus agentis in anima residens / intellectui possibili frequenter applicato. Et non confortatur virtus intellectualis / ut id clarius percipiat / quod eidem per intelligibile speciem praesentat. Cuius est maiori lumine excessu scientia quanto ad actum exercendum nec non quoniam ad efficaciam operandi que perfectionem effendi consequitur / clarior et perfectior in uno potius intellectu quam in alio surgit. Unde fit ut naturalis angelorum scientia / de eodem genere scibilium / clarior sit et efficacior quam scientia hominum. Lumen quippe intellectus angelici naturaliter antecellit humanum. In infinitum vero clarior / excellentior / ad pluraque se extendens est dei scientia super omnem creaturam scientiam / quanto virtus est eius intellectiva in infinitum super omnes alios elevata. Quorum autem ad esse specificum / ab eo scientia quaeque nobilitatem habet a quo habet / et per se. Specificatur autem ois scientia / distinctionemque pariter specificas suscipit ex obiecto formali. Sic medicina specie distinguitur vel est generis scientia iuris civilis: quod obiectum formale circa quod tota medicina consideratio versatur / corpus inquam sanabile / et humanum primo / aliud est ab obiecto scientie legalis. quod quidem esse reorum / universalis secundum rationem / rectam pacis ac quietis exterioris in multitudinis consuetudinem hominum conservatio. Quanto igitur obiectum proprium scientie unius / nobilius est obiecto alterius / tanto una scientia erit secundum speciem altera praestantior. Est autem obiectum unum altero nobilius secundum quod est magis scibile. Id est. n. formale scientie obiectum est / sed primo sub ratione entis. Est. n. unum quodque scibile quatenus ens est. nono. Meta. Neque. n. scientia potest esse non entium vel sic. primo posteriorum. Ex parte. n. quod actu vel saltem in potentia ens sit quod scit / vel ad ens actu respectum habeat quoquomodo. Quod ergo magis ens est / nobilius quoque obiectum esse necessarium est / cum sit et magis scibile. Sed et de ratione scibilis est etiam immobilitas et necessitas / ut pote cum scientia sit de non possibilibus aut se habere dicitur. primo posteriorum. Quanto igitur aliquid est magis fuerit necessarium (id est. n. aut impossibile non est se habere) tanto nobilius erit obiectum scientie / cuius sit ex hoc magis est scibile. ex quo

innascitur ut de ratione scientie certitudo sit. que de coniungentibus ut sic haberi non potest. Perfectior igitur scientia illa erit cuius proprium obiectum magis est necessarium minusque variabile / quin immo quod invariabile magis. Id autem ceteris paribus est quod simplicius. Quia cetera quippe requirunt ad suum esse vel rationem: ut ex minori nata haberi rerum subtractione / minor est sequatur variatio. Quo fit ut summe simplex / summe quoque invariabile sit. De simpliciori ergo quae fuerit scientia / nobilior erit / ista est ratio qua de magis scibili praesentat. Philosophus in 12. de. Metaph. scias quae ex paucioribus est / certior astruit. Univerfaliter igitur utrumque complectendo / quanto magis ens / et magis simplex fuerit obiectum scientie / tanto perfectius est scibile / perfectiorque praesentat de eodem scientia est. Et hoc duo Philosophus ipse complexus est in primo de Anima in principio. ubi unam scientiam esse altera nobilior docet / vel ex nobilitate obiecti vel ex maiori certitudine secundum se ut nobilissima praesentat fit que in utroque excellit. Ceterum autem certitudinis que se tenet ex parte scientis / qua vis intellectus magis et clarius determinat in obiecti notitia: non dat maiorem simpliciter nobilitatem ipsi scientie / nisi bine ille praemissa conditiones praesentat / eiusdem est luminis unitate consistat. Praesentat. n. de visibus haberi certior cognitio / vel ex maiori eorum affinitate ad sensibilia que pro isto vis statu sunt nostro intellectui satis proportionata. vel ex frequentiori operis exercitio / aut alia simili ratione. que non erit per se simpliciterque nobilior cognitio sublimium / tamen minus certa nobilis / in se vero certissima. Id est. n. naturalis ostendit aperiturus qui cum non nisi perfectionis et boni sit. primo Erbicorum. perfectionis ipsius imitatur et insequitur rationem / ut in id vehementer sit / quod est absolute perfectius. Cum igitur eam scientiam magis appetamus que de nobilibus et certioribus secundum se est / et exigue tenuiterque illa possidere praecedat / quam inclinamur et in eam / non bis certior / que viliora praetractat. ut docet Aristoteles in. xi. de animalibus libro / patet illa que celsiora nobis praemonstrat / esse absolute perfectior. Si tamen non equa luminis claritate ponderentur scientie. sed vilis coniungatur superiori lumine nobis innotescere / superum inquam revelatione / nobiliora vero non nisi naturali lumine cognoscant / procul ois dubio certior est scientia que celsiori illo lumine collustrat. Ex his omnibus clarissime propositum nostrum reddit / palamque factum est omnibus Philosophis illa scientiam esse nobilioram simpliciter que circa nobilissimas ac simplicissimas versatur obiectum / ceterosque possessores suos clariores reddit et illa striores / quam illa que viliora per se respicit et minus nobilia. Quia est ratio in toto illo circum ambitu quo se Philosophia protendit ad rationalem et est reale scientiam / realem ipsam rationalem praeferrimus / quo realis de rebus primo est / que in se vis habet esse firmum ratumque in natura. cum rationalis ipsa non nisi de quibusdam excogitatis intentionibus praetractet que tamen in apprehensione a se suis habent esse. Inter reales vero Philosophias ille quae sunt ex obiecto speculari / praecellunt eas que obiecti sui extendunt ad opus. Tale quippe per nos operabile obiectum / est ex hoc ipso vilissimum non operabile / circa quod scientia speculativa tantummodo est. et hoc ipsa pauciora includit / nec gratia alterius est / unde sibi etiam dominium et

## De preeminen. Sa. Theolo.

excellentiā merito super alias vendicat. Specularius vero nobilissima constituitur que suprema specularia conuenit. Ad quidē munus soli Mathematicē inter nāles sciētiās eo merito cōgruit quo prima rerū principiā primas itidem causas/ipsas in quā subditiās separatas et inter eas supremam deum opr. max. per se prima suo cōsuo perustrat intruitu. Mathematicē vero sciētiē scōdā quidē optinent dignitatis sedem/non quidē rōne nobilitatis obiecti. (Hac. n. cā sciētiā ipsa que Mathematica est/nobilior est) s; rōne simplicitatis. Pāuciora quippe claudat in se Mathematicē obiectū/qd s; rōne abstrahit a materia/quā nō pbifica per se cōsiderat in suo obiecto. Cū igit sacra Theologie sciētiā de nobilioribus simplr/in se certioribus et simplicioribus entibus vt pote de deo et diuinis per eleuatissimas ac abditissimas rationes et cōsideratiōes/nobilior quoq; sub lumine specule/diūino in quā/seu diuine reuelatiōis/ q; quecunq; alia sciētiā siue specularia sit siue practica: q; ipsa ēt Mathematica/que solo nāli lumine altissima perustrat. Sciētiā vero legum ciuiliū ad practicas sciētiās nāles solū pertinet/ad politicā in quā/que pars vna est moralis sciētiē nāli lumine conquisite. (Hec. n. per se diuidit in ethicā iconomicā et politicā) liquido cōstat apertissimeq; inferri q; sacra Theologia simplr ac sine ol. pro: sua exceptione vel dubio/nobilior est quacunq; propria cognitiōe legū ciuiliū. Quinimo sequit q; super oēs ēt nobiliores sciētiās q; scilicet legū sit/celios eleuet/vr optime scūs Doctor edocet prima parte. q. 1. art. 6°. Et hoc ēt spāliter q; rōne ad ipsam legum peritiā spectat/haudquaquā haerens ab illo cuius vis generis sapiēte. negari per ceperam. Solum autem hunc hominem ex suo hoc se tractari cōperi modo patentissima in luce tenebras incurrisse. Si quidem in principio arguēs pro parte/suo ex hoc indicio falsā/q; eius cōtrariū postmodum se tenere asserit et probare cōtendit/Theologia esse superiorē et magis dignā concludit per. d. c. leges. Certum. Suicipitis. vr ex hoc modo procedendi patefaciat/se tenere huius veritatis oppositum. Unde patet q; tam predicta rōne: q; oīm sapiētū auctoritate/in hoc contēendus est. Neq; enim inter dominos legis vllus inueniri ēt posse putauerim/qui tam bebetis ingenij sit vel sensus/sic ab omni ratione alienū se offerat: vr hunc virū in tam patenti lapsu sequatur. Et cōsequenter arte prare etiam p̄sumat Theologicas qōnes velle determinare/vr hic ausu temerario sine omni ratiōe fecit. Unde nimirum si ol. ex parte defecit.

Ad decidendas questionēs superioris sciētiē/vires inferioris non suppetunt/quibus nihilominus submitrant. Cap. 4<sup>m</sup>.

**P**ro maiori tamen ad huc huius materie claritate/seriosius indagādū ēt/an aliqua sciētiā inferior possit nō obstāte inferioritate ipsa/se intrromittere ad decidendas qōnes superioris/et p̄r Theologales. vr melius videatur an possit legū peritē tribui/vel certe denegari q; se intrromittat in articulo qōnis de strigibus. Et primo videri posset alicui sciētiā inferiorē de his que spectant ad superiorē pertractare posse. Nam Mathematica superior est ipsa pbifica/que tamē demonstratiue veter-

minat substantias separatas esse/deum quoq; immobilem/in materialē infinite esse virtutis. Cū nō iste conclusiones Mathematicales sint et de obiectis eius per se. ergo et. In contrarium vero militat supra inductus clarissim<sup>o</sup> discursus. C<sup>o</sup> pro declaratione igitur huius dubij sciendū primo q; vna sciētiā pōt dici superior alia tribus modis. Vno modo s; extensione/q; vr ad plura se extendit q; alia faciat. Quomodo Mathematica superior est Mathematica. nō sic est superior Mathematica q; dialectica sit / sed equalis sunt ambitus. vr Philosophus quarro Mathematicē libro probat. Scōdo modo vna sciētiā est superior alia perfectione/q; vr de perfectioribus est/ramēsi forte alia de plurib<sup>o</sup> sit. Sicut sciētiā de anima superior est sciētiā de mineralibus. Et sciētiā de celo nobilior est q; sciētiā de gen. et corrup. vel q; sciētiā Metaphysicā. Tertio modo vna sciētiā est superior alia illimitatione seu simplicitate/q; videlicet est de illimitatiōe et simplicitati obiecto. Ad quidem contingit duobus modis. vno mō q; sit limitatio vni<sup>o</sup> subiecti a subiecto alterius per differentia materiam que accidit formalit. Sicut linee accidit videri. numerus quoq; omniūq; proportio numeralis contrahitur per motus corporum celestium/vel per sonos/qui accidit ipsi numero et proportionibus eius vr sic. Et hoc mō spectat q; est de linea visuali/est inferior Geometria que est de linea s; se. Similiter Astrologia quo est de numero celorum et motuum proportio numq; eorūdem/est inferior Arithmetica que est de numero et proportionibus eius s; se. et Musica que est de numero sonoro et passionibus eius/est inferior etiam Arithmetica eadem ratione. Ex qua quidē inferioritate ille nōr subalternare/et iste subalternantes. quasi ēt innuatur ex istis vocabulis q; sub istis vr inferiores sub superioribus ille ponuntur. Alio modo contingit vnam sciētiā esse illimitatione et simplicitate superiorē alia. quia vna est de subiecto eodem vel de diuerso a subiecto alterius. et subiectum hoc suum vna protendit et ordinar ad opus sub electione cadens/ alia nō. sed sicut in natura subiecti et in passionibus et principiis nature dimitatur. Et hoc modo sciētiā practica est inferior specularia condistincta eidem: vr Theoretica medicine est superior q; practica eiusdem. et sciētiā de anima q; sciētiās moralis. Omnibus autem modis predictis Theologia superior est sciētiās obibus. Nam ad plura se extendit. Plura quippe nobis sunt reueta q; possimus lumine naturali cognoscere. Insuper ad naturaliter cognitorum firmiorē notitiam lumen diuine reuelatiōis cōducit. Plures rursus de rebus/naturali etiam lumine nobis notis/considerationes per reuelationem habemus. q; per ipsum lumen innatum. Sicut de deo / de angelis/de anima nostra / de corporibus celestibus / et simpliciter de omnibus creaturis altissimas quasdam cōsiderationes accepimus. ad quas naturale lumen nequaquā potest inducere. P̄fectiōe quoq; q; prior sit et superior supra serioius est probatum. Illimitatione similiter et simplicitate sola cunctas excellit q; est de illimitatissimo simplicitissimoq; obiecto/de deo inquam s; illimitatissimas rationes tā naturali q; super naturali lumine perustratas speculatione



Speculariōe quoq; superior ceteris est / quia est de  
 de summo speculabili non ordinabili ad opus nisi  
 forte obiecti: quod nihil deperire facit / nisi au-  
 tem confert altitudinem iue. Sed si etiam secundario  
 de operabilibus est in quantum practica / celsitudi-  
 nenti obtinet in per tales omnes: cum in ultimū om-  
 nium bonorum operum et tam naturaliter q̄ super  
 naturaliter in illum ducentium finem transmittat.  
 quod quidem alteri cui vis scientie non cōceditur.  
**Sciendum est secundo q̄ aliquam scientiam se in-**  
**tromittere ad speculandum ea que s̄m propriam**  
**rationem et adequare pertinent ad alias / est simpli-**  
**citer impossibile. eo q̄ per formalia obiecta de quib-**  
**us pertractant / et per distincta eorundē obiectōrum**  
**principia prima scientie formaliter distinguantur /**  
**vt patet primo posteriorum. Et est tamen vna de**  
**pertinentibus ad aliam / tribus modis determina-**  
**re. Vno modo velut iudicans / aut etiam dirigens /**  
**ordinans / vel quomodolibet obfirmans ea que per-**  
**tinent ad considerationem alterius. Et hoc modo**  
**communissima omnium scientiarū. Verba prophetica**  
**ordinat omnes alias naturales cum sit prima natu-**  
**ralis sapientia. ex quo habet vt stabilitat confirmet**  
**atq; defendat etiam aliarum omnium naturalium**  
**scientiarum principia. Scientia quoq; que subal-**  
**terna dicitur / principia sue subalternate probat.**  
**Nulla quippe scientia que inferior sit / probat prin-**  
**cipia sua propria / sed ad superiorem remittit. Sic**  
**et pbifica multa probat / que tanq̄ principia / mora-**  
**lis assumit scientia. Alio modo quasi subseruus**  
**et ministrans. Multas enim veritates supponunt**  
**nostrę scientie superiores / pluribus etiam in suis**  
**rationibus vnum / de quibus proprie determinat**  
**inferiores. Supponit namq; verbi causa et cetera phi-**  
**sica probationes quam pbificus ex proprijs affert**  
**in medium qua probat ex celorum motu q̄ substan-**  
**tie separate sint / eademq; postmodum in sui obse-**  
**quium assumit vt ex his doceat que circa substā-**  
**tias illas puram sapientiam abstractionem secundum**  
**esse / eorundem inquam numerum. Summeq; inter**  
**eas immobilitatem / et id genus. Verū id attentat**  
**pbificus quod diximus / vt inferior et subseruus /**  
**ad modum quo / sensus interior / etiam intellectus**  
**subministrat / et sensus exteriores interioribus serui-**  
**unt. Tertio modo vna scientia potest de his que al-**  
**teri conueniunt pertractare vt concurrens. Quod**  
**quidē dupliciter accidit. Vno modo sic vt vna cō-**  
**sideret de non pertinere ad alterius subiectum nisi**  
**remote / puta vt principium remotum vel fines ite-**  
**dem remotus eiusdem: sicut omnis scientia potest**  
**aliquid dicere de deo. Etenim omnium aliorū que**  
**scientie proprie speculantur primum est principium**  
**et vltimus finis. Hoc modo etiam scientia moralis**  
**potest aliquid dicere de substantia anime / deq; po-**  
**terijs et conditionibus eius. Alio modo de perti-**  
**nente etiam proxime ad alterius scientie considera-**  
**tionem / sed ratione diuersa. Contingit enim Astro-**  
**logiam simul ac pbificam eandē inducere conclu-**  
**sionem: sed per diuersa principia seu media singu-**  
**lis tractata. Probant enim atq; demonstrant an-**  
**do terram esse rotundam. At pbifica quidem per**

medium naturale / per hoc inquam q̄ vnde cumq;  
 partes illius vt pote graues ex natura q̄rum pos-  
 sunt ad centrum tendant: Astrologia vero per me-  
 dium Mathematicum seu etiam astronomicum / q̄  
 verbi gratia passionum alique celestes prius orien-  
 talibus quam occidentalibus apparent. Quaedam  
 etiam stelle perpetuo sunt in australius prospectu /  
 quedam semper occulte. et contra septentrionali-  
 bus alie. Horum autem alia non pōt assignari cau-  
 sa p̄ter terre rotunditatem omni ex parte congenitū.  
 Sed et terre vmbra in quouis celi situ fiat eclip-  
 sine / rotunda est / et non alia ex causa nisi quia cor-  
 pus ipsum terre quod in medio ponitur / est rotun-  
 dum. Inter predictos igitur superioritatis scientia-  
 rum modos quibus vnam scientiam contingit ea  
 que ad aliam spectant aliquo modo declarare / solus  
 ille qui primo loco assignatus est / dignitatem im-  
 portat. quo etiam modo Theologia de pertinenti-  
 bus ad omnes se intromittit / vt pote omnium su-  
 dex atq; regina: non quidē que probet omnia prin-  
 cipia aliarum / sed que plurima de deo / de angelis /  
 de anima / de corporibus celestibus / de rotis etiam  
 orbis fabrica pergrandi ordineq; sapientissimū / de  
 quibus etiam alie pertractant / superiori lumine cō-  
 firmet validius / efficaciusq; deducat omni falsitate  
 detecta. Secundus vero modus imperfectionem  
 importat / quo alie omnes scientie / merito subseru-  
 unt sacre Theologie. Sicut enim gratiam natu-  
 ra quam perficitat presupponit. ita Theologia na-  
 turale omnem scientiam et presupponit quas pro-  
 prio illustret indito diuino lumine / naturalis ne-  
 stri luminis defectum tollente. Hoc modo sacra Theo-  
 logia vtriusq; alij sac in sui obsequium demonstra-  
 tiones naturales assumit plurimas tam circa spe-  
 culabilia q̄ circa moralia: sed vt diximus / quasi  
 iudex et domina: quo iure primarius / si quod in alijs  
 inueniat falsum / tollat: si qua vera / confirmet: si  
 quid incertum et obscurum / conlustrat / peritumq;  
 faciat altiori lumine. Tertius modus quo ad pri-  
 mum gradum / maiorem tribuit nobilitatem vel  
 certe minorem ipsi scientie ex proprio obiecto / nō est  
 ex remoto quolibet a se ente considerato. Et sunt  
 enim summa queq; ab infimis etiam scientijs con-  
 siderari. Quantum vero ad secundum gradum /  
 neq; maiorem neq; minorem in vna q̄ in alijs per-  
 fectionem importat. Comparantur enim hoc mo-  
 do scientie vt conformes in vno obiecto sed mate-  
 rialiter tantum: quo modo ab obiecto non habet  
 per se scientia nobilitatem. Si tamen ad inuicem  
 comparentur quo ad principia / tunc illa nobilior  
 est inter eas que ex simplicioribus et altioribus pro-  
 cedit principijs circa idem quod ambo probare  
 intendit. Sicut de hac supra inducta cōclusionem q̄  
 terra rotunda sit / nobiliorē Astrologus habet sci-  
 entiam q̄ habeat naturalis.

Leges civiles seu etiam canonice / que  
 rationes Theologicae qualis est etiam  
 ista de strigibus per se non posse  
 decidere. Cap. 5<sup>m</sup>.

**Cum igitur** scientia legum sit predictis  
 omnibus modis inferioris  
 ad iii

## De preeminen. Sa. Theo.

era Theologia/que etiam scientie formaliter plusq;  
genere distinguitur/vr supra diffuse deductum est/  
alia quoq; ratione formali & quidem ignobiliori  
illa procedat/naturali inquam lumine/vel homi-  
num auctoritate/cum contra Theologia per diu-  
inum lumen & per auctoritatem dei revelantis cum  
era confirmet.sequitur manifeste iuxta predicta qd  
non possit iuris quecumq; peritia de questionibus  
pertinentibus ad sacram Theologiam se intromit-  
tere/nisi forte vr ancilla subseruans Domine sue.  
quo modo non illa tantum/sed omnes alie scientie  
eidem ministrant. Dicitur enim de divina sapien-  
tia que sacra Theologia est/Proverbiorum.vij.qd  
misit ancillas suas idest alias scientias/vocare.scilicet  
homines/eosq; introducere ad arcem idest ad  
culmen robur & perfectionem sapientie/in quo cul-  
mine sola residet/quasi arcem ipsam in altissimo po-  
sitam inhabitans. Omnes autem vel mediocriter  
prudentes optime noverint qd indigni esset/quas-  
taq; pena foret ancilla digna/si se vellet opponere  
domine sibi illam auderet arguere in his que ad  
dominam spectant & ad dominum: quorum etiam  
notitiam an recte fiant vel ne/non nisi doceatur a  
Domina potest habere: neq; ad ipsam ancilla per-  
tinent quo quo modo/nisi quatenus obsequitur do-  
mine sue. Non minus indignum est/nimiumq; ex-  
crabile/vr parus legis in his que spectant ad sa-  
cram Theologiam sic se inmiscet/vr eorum oppo-  
situm tenere vel defensare contendant que per sacros  
Theologos ex fonte sacrarum litterarum lucidissi-  
meq; doctrine sanctorum doctorum determinan-  
tur. Et hoc vtriq; sanctorum sapientes legisse. Licet igitur  
contingat quandoq; de eisdem ambo differret  
in his tamen que sunt propria Theologie/debent ei  
viles quin etiam canonicè leges illi deferret: & in om-  
nibus magis acquirere/qd ipsa Theologia nõ ob-  
stante sua superioritate debeat (vr legistarum non-  
nulli putare possent) deferre legibus qdum ad ea  
que sunt eis propria. Quod non est vsq; quaq; ve-  
rum: immo in talibus etiam potest sacra Theolo-  
gia se indicem censorumq; constituere/vr ex proprijs  
an vera seu bona sint/beneq; sancita disquirat & in-  
dicet. Et si quid in eis inuenerit veritati consonum  
& iustitie cognatum/approbet & confirmet. si quid  
autem oppositum & contrarium his occurrat/repro-  
bet atq; damnet. Sicut rite reprobat vsuras: quas  
tamen leges humane non vr restitutioni obnoxias  
admittunt. Cum ergo articulus hic de secta strigii/  
an iniquas detur de facto an de possibilitate heresim  
sapiant vel non sapiant manifeste que de tali se-  
cta narrantur/ad solam spectet Theologiam. neq;  
enim possunt ista cognosci nisi ipsa docente: neq;  
de talibus in iure quoquo modo tractatur nisi qua-  
tenus ex illius forte assumpra/eidem Theologie iu-  
re subseruiunt: sequitur qd valde presumptuosum  
fuit a quoquam legisse certamen assumere con-  
tra Dominos Inquisitores in hoc articulo: quado  
quidem sint regulariter Theologi profundissimi &  
ex sacris litteris & sanctorum doctrina quicquid cir-  
ca hoc determinat/inuicte deducant. Sic igitur  
ex fundatissima ista ratione clarissime patet Ad-

uersarium qui hoc attemptare presumpsit/acri re-  
prehensione dignum esse/vr pote qui naturali etiam  
& morali impudentia multum in hoc aberraverit.  
Et quia premissa nostra deductio super ratione scien-  
tie/formaliq; scientiarum distinctione processit. ex  
ratione autem & quidditate rei sua quoq; excellen-  
tia tam in se qd per comparationem ad alia primu-  
sus ouatur/seu a priori principio innoscat/ideo  
per posteriora/pura signa/effectus: vel etiam per hu-  
manas auctoritates confirmationem non exigit.  
Quod si forte Aduersarius indicet esse faciliores  
rationes inducendas/ & per auctoritates etiam nõ  
probandas/ eo qd premissa ratio ex ignorantia apud  
multos legitas vel apud se terminis & sententijs  
videatur procedere/ ei sic extimo satisfaciendum  
vr commoneam qd cum premissa deductio quam se-  
cimus/ex rationibus/proprietatibus/obiectis/for-  
maliq; scientiarum distinctione procedat/quibus  
ignorantia nequaquam sciri possit quomodo vna scien-  
tia ad aliam comparetur/hinc presumptionem suã  
perpendat/vr illam audeat questionem discutere/  
de illa se intromittere contra Theologos/ cuius etiam  
terminos atq; sententias que ad illius questionis  
determinationem necessarie sunt/haudquaquam  
intelligat. Verumtamen vr omnibus satisfiat: bec  
ipsa que postulat inferemus/ non solum omni eius  
ineptas probationes ad oppositum factas confuta-  
bimus/verum etiam cum primo nunc inducimus  
quas offert ille rationes pro nostra conclusione: nõ  
quidem quia eas quatenus pendunt ex allegatis  
ab eo/ magni faciamus. sed vr omnes cognoscant  
solutiones quas ad eas adhibet nullius esse robo-  
ris vel momenti. Prima igitur ratio ab eo pro co-  
nclusionem nostra proposita/ quam etiam postmodũ  
sicut & alias/ solueri nititur/ talis est.

¶ Due rationes pro conclusione principalis  
recitate/ firmantur. Cap. 6<sup>m</sup>.

**Theologi sunt** proprie tractatores di-  
uinarum scripturarum/ & in eis exponendis Pontificibus preponuntur. Rd. p.  
dist. xx. c. 1. Nemo autem debet se immiscere de per-  
tinentibus ad alium. l. Consulta diuina. C. de re-  
sta. & in l. culpa. ff. de re. iudi. Papa etiam non se  
debet immiscere negocijs secularibus/ sed secularis  
princeps. nec econuerso. ec. x. distin. ca. quoniam. &  
ibi glo. dicit qd non sunt allegande leges vbi est ca-  
non. Et est bonus tex. ad hoc in autentica quomo-  
do oportet episco. in principio. & glo. ibi in verbo.  
conferens. ec. Responder autem ad hanc ratio-  
nem qd aliud est querere/ an imperator possit se in-  
tromittere in causis spiritualibus. quod prohibent  
illa iura: & aliud an leges possint allegari ad questio-  
nes Theologales. quod probatum est (inquit) esse  
vtile & nõ vanũ. qd et obseruant predicatores. & bñ.  
¶ Sed contra. Si non possunt leges civiles que ab  
imperatoribus emanant in causis spiritualibus  
allegari vel se intromittere/vr probatur est per pre-  
dicta iura. cum ipsum crimẽ heresim inter spiritua-  
lia computetur/ non poterunt leges de eo se intro-  
mittere. Ergo in questione ista an heretica sit strigii  
secta vel ne/ an detur vel dari possit per otioso  
li malitiam Soli-  
mal-  
Reps  
batio.  
luno.

si malitiam deo permittere. non potest ipse veter-  
 minare per leges contra Theologos. Sed debet ea-  
 rum determinationibus potius acquiescere. Que-  
 stiones etiam Theologales practice/sunt cause spi-  
 rituales: ergo si de causis spiritalibus non habent  
 se leges intrromittere vt probatum est per rex. illos  
 neq; de istis se poterunt intrromittere. Ergo multo  
 minus de speculatiuis/cuiusmodi sunt questiones  
 predicte. posse tamen sacram Theologiam tanq; aliam  
 scientiarum dominam in sui obsequium etiam leges  
 assumere/supra probata est. Et sic vruntur eis  
 predicatorum: sicut et omnem aliam scientiam sibi  
 subseruire faciunt/vt omnes homines christo lu-  
 crificiant. Unde Apostolus inducit in veritatis a-  
 se predicare confirmatione/ethnicorum etiam hoc  
 rarum dicta. Sed ex hoc non infringitur sed probatur  
 qd per ista legem fit inferior sacra Theologia/et  
 consequenter qd non possit allegari lex ad deciden-  
 das questiones Theologales. precipue contra ipsos  
 theologos vbi diuina pertractant et sibi propria sa-  
**Quod** ſi quiſpiā ex dictis arguat q; pari mō pōt conformiter ad cap<sup>m</sup> illud cōcludi q; bi q; ſunt de ſecta ſtrigū decipiant a diabolo/ putantes ſe portari ad longinquas partes/ & multitudine perſonarū videre/ quare afferunt cōvenire cum Dña ludu comedere/ bibere/ luxuriari/ & alia q; narant facere/ & tñ iſta non niſi pſtigiōſe vel apparitione demonū eis cōtingant. ¶ Reſpondeſ q; diabolū ſic poſſe mulieres iſtas decipere ſicut illas tunc deludebat/ nō eſt negandū. Sed q; nō ſic deludant/ quo ad multa q; ab eis enarrant/ ex duobus ppenditur. Primum eſt eventus quo ad corporale delationē ad longinquas partes. eo q; plures pſone lōgins deportate & in loco diſtāri derelictę ſeruntur clariffimis & multiplicib; testimonijs. Multoties eſt viſa eſt multitudo ſic ludentiū ab alijs q; non erāt in illa ſocietate/ & cū eiſdē ſermo habitus/ ut p; exēpla eſt viuentiū oīdimus in ſfato ope. S; & in agro Belg. (ut ſerf) accidit dieb; nſis/ quedā in loco eminentiori poſitus nocte videre pſuſa luce multitudinē velociffime per viā inferius ambulare/ in q; cognovit pſos pſonaa/ & ab eis cognit; fuit. Sed p; timore inſoliti ac pſternā

## In Pontinibium de Lamis.

Is illi occursum/nihil eis loquor est. Postera vero die una mulieram illam currere ei dixit. Hac nocte fuisti in magno periculo. quoniam illo in loco nos vidisti currere. Caue ne de cetero tali hora ibi inueniaris. Hoc autem non potuisset saluari sic ut presertur euenisse/ quod vix recordarentur et conuenirent in talis rei notitia nisi non vere ibi ambo fuissent nisi forte dicitur quod omnes homines pariter deludantur et somniant: et quod semper diabolus sit intentus fantasmatum hominum transformare/ ut conueniant in imaginacionibus rerum quas purat in similitudine experiri. Quod asserere non nisi delirantis hominis est. Secundum est diuersa versari hostis decipiendi ratio vel causa. Nam mulieres illas de quibus dicitur. Episcopi loquuntur/ ad hoc solum deducere volebat/ ut puraretur Dianam vel etiam Herodiam esse deas/ et consequenter infidelitate et erroribus paganorum illas inuolueret quod esset aliquid veri numinis praeter deum verum verum opinari. Quod quidem facere poterat et melius decipiendo eas per prestigium et appariciones diabolicas/ quo minus perpenderent se decipi quo vigilare se cognoscebant/ quod per imaginarias visiones aut in somnis/ et quod etiam per realem delationem. Satis enim illi erat/ loca quasi distantia praesentare/ in quibus multitudo et societas magna videretur/ apparet diabolo praetendentes personarum figuram ut supra dictum est. ut sic facilius suspensio fanguine persuaderent veram esse deam cui tor personae oblectarentur ut de cultu quoque illam diuino prosequerentur. Has autem personas de quibus nunc sermo est/ inclinare diabolus laborat/ ut per voluptates corporales sic eas sibi constringat amore/ ut non timeant aut vereantur fidem christi atque baptismum abnegare/ ne tor oblectationibus priuent/ et deum multis subiciant/ infligendis penis. ut supra in opere nostro/ prolixo sermone declaratum est. Unde veras et non prestigiosas delectationes tam cum demonibus in forma humana apparentibus quod cum hominibus ad ludum partiter deportatis ministrat. quod non tam facile posset et ad manum nisi eas corporaliter vno in loco cogeret. Et quia per se non possent tor ex tanta distantia aut tam cito conuenire/ portat eas. Pro qua ille delatione consequenda exhibent obsequia sacrilega vnguentorum et aliorum signorum que ad pacta federis iniqui pertinent inter ipsas et demones. ut ex omni parte ipsarum animas illaqueatas teneant. Mater igitur quod non est similis ratio vtriusque casus. Et propterea nulli mirum esse debet si non potest ab his ut a similibus argumentum trahi. Delecta quippe cum esset malitia demonum in prima illa delusione per vigilantiam sanctorum episcoporum et sacerdotum/ manum ad fortiora Diabolus misit. et aperte se Christi hostem patefaciens/ auertere ab eo conatur fideles ipsos per exhibitionem et procuracionem delectabilium. Ideoque nunc inualuit ista pestis/ ut dixerit in quadam conacione Diabolus qui in forma Principis apparebat (ut retulerunt qui affuerant nonnulli ab Inquisitore deprehensi). Satis omnes bono animo. Neque enim elabentur anni multi quod numero superabitis christi fideles. Quod optime Diabolus obrinet susfragio Aduersarij sibi quoque similibus. qui se patribus Inquisitoribus opponunt/ dicentes hoc esse delira-

menta/ sicque sceleribus bis apostatis fauent/ et in rebus suis indirecte confirmant. Nisi enim praesertim dicerentur patres inquisitores horum molestissimum quorum sepe principes tanquam sapientum suasionibus inclinari denegant auxilia inquisitionis officio debitas. eorumdem feruentium Inquisitorum zelo secura haec esset penitus deleta/ vel certe extra fines christicoliarum paucorum fugata. sicut omnes alij heretici quoque occidentalis omnis plaga christicoliarum plena erat/ ex Italia finibus expulsi sunt opera strenuissimorum christi militum patrum Inquisitorum sequentium vestigia fortissimorum Principum atque Ducum praeter ceteris Patriarchae Dominici. qui primus in partibus tholosanis et abigentium sanctissimo hoc officio functus est. et victoriosum arbiter Petri martyris primi Inquisitoris in Italia/ superius. postmodum luce clarissime ac profundissime doctrinae praesertim angelici doctoris. Theobaldi de Aquino/ qua omnis hereticorum infestatio tenebraeque penitus aboluitur sunt.

Circa in solo ipso aliqua fieri contingit duobus modis: quorum vnum dicitur Episcopi tantum prosequitur. Cap. 9.

**Sciendum** est quinto pro clariori etiam explanatione praedicti capituli. quod aliqua contingere in solo spiritu potest intelligi duobus modis. Vno modo quod nullatenus fiat in corpore vigilando sicut ea que accidunt in somnis tantummodo. et que sola imaginatione vel extasi videntur fieri. Alio modo quod licet aliquoties fiat in vigilia/ non tamen fiat naturaliter tantum in plena vigilia/ sed semper aliquid interuenit opere diaboli confectis modis supra declaratis. scilicet vel per prestigium vel etiam per demonum apparitionem in corporibus assumptis. Verbis ergo praedictis. quo dicit ea que ibi narravit quod intelligenda sunt in solo spiritu aut in somnis facta/ intendit hoc secundo modo. non autem primo. Quod quidem probatur primo/ quod primo modo non potuisset sic eas deludere/ ut vigilantes postea/ putarent se solutis sensibus fecisse/ que in somnis vel extasi seu in rapto tantum per visionem seu imaginariam acciderunt. Cognoscit enim naturaliter homines dum vigilant differentiam status vigiliae atque somni: extrahere/ et corporee visionis. Nam differentiam inter vigiliam et somnum/ nullus est qui se cognoscere non experiat. Cui etiam cognitioni ratio suffragatur. Nam cum idem sit sensus somni et vigiliae sicut philosophum in libro de somno et vigilia/ sicut vniuersaliter omnium corporum est eadem cognitio. et nulla sit certior cognitio apud nos quam sensus exterioris circa propria sensibilia. ut habetur. 2. de Anima/ propter quod etiam circa haec non contingit sensum errare/ sequitur quod quilibet certissime cognoscat differentiam status quando vritur sensibus corporeis ab omni statu quo eis non vritur/ siue dormiat siue quomodolibet extra se fiat. si tamen sit sanus corpore. Differentias quoque status dum quis pariter vel non patitur extasim/ dubium non est quin eadem ratione cognoscat qui talia partuntur. Unde etiam Ezechiel cognouit differentiam status de quo dixit se fuisse in visu in Ierusalem seu in spiritu/ a statu plene vigiliae quando hoc referebat. Et quando sic fuerat in spiritu/ non est putandum quod crederet se esse tunc in corpore in Ierusalem

Jerusalem. deceptus enim fuisset. quod non est con-  
cedendum illatenus in prophetia Domini. Nullie  
res autem ille parabant se transferri corporaliter.  
perficere quoque vigilantes quecumque narrabant/et  
dum essent postmodum in plena vigilia/boc ipsum  
vere factum predicabant. unde facile patet quod non  
simpliciter in somnis aut in raptu eis hec conringe-  
bant. Secundo etiam probatur hoc idem. quia si ca-  
pitulum veller quod ille mulieres deluderent et in som-  
nis et in spiritu simul/boc esset impossibile/nisi ad mo-  
dum quo angelus apparuit in somnis Ioseph aut  
etiam Petro extasim passus. et tunc optime cogno-  
vissent mulieres ille quod visio fuisset solum imagina-  
ria sicut illi cognoverunt. Si vero capitulum inten-  
deret quod boc accidisset vel in somnis tantum/vel in  
spiritu tantum. tunc falsum poneret capitulum dum  
in istos opinantes utriusque modum delusionis astruit  
interuenisse. Si vero mulieres quasdam intenderet  
in spiritu vel raptu delusas/quasdam vero tantum  
in somnis. tunc quelibet per se cognovissent in vi-  
gilia demum posse differentiam status. ut dictum est.  
Unde exponendum est quod d. ca. tantum voluit insi-  
nuare per hos duos modos magis notos in scriptu-  
ra/modum in genere quo aliquibus videatur vere  
aliquid fieri/quod tamen vere non fit. Sub quo ge-  
nerali modo/nō nisi duobus his specialibus modis  
scilicet per prestigium vel apparitionem spirituum in  
corporibus assumptis contingit homines sic posse  
delectari/ut parent in plena vigilia constituti sic se res  
habuisse sicut eis videbatur dum deluderentur. Et  
sic habetur sensus spiritus sancti in illo capitulo. quod  
hic sensus solus est verus. ut deductum est. Verita-  
tis autem et non falsitatis auctor est spiritus sanctus.  
Non est autem generalis etiam concilii determinatio  
tanti ex aere necessitatis fidei vel auctoritatis/  
ut verba eius que obscuritatem habent/et falsa ma-  
gis videntur quam vera/non suscipiant expositionem  
qua trahantur ad sensum verum. quando quidem  
sacra etiam scriptura que maioris est auctoritatis  
interpretari possit. Signum autem quod maioris sint  
auctoritatis sacre literę quam concilia in hoc haberi  
potest quod quaquam ineptum quid/vel contra natu-  
ralem experientiam/et supernaturaliter factum/lite-  
re sacre narrent. ut puta loquutione asine barlaam  
aut serpentis. Sic tamen tenemur credere/quod here-  
ticus statim esse convincatur qui talia negaret esse  
uisse. Non sic concilio tenemur adherere quando ta-  
lia/propria et non ipsarum sacrarum literarum au-  
toritate narrentur/aut facti declararet. Et quia et  
minori auctoritate provenit quod non obstante quod pa-  
pa vel ecclesia seu etiam generale concilium quomodo-  
documque pronunciet sollemniter aliquem esse san-  
ctum et catholico sancto ipsi ascribat/non pro-  
pter hoc obligamur tenere quod sanctus sit/licet hoc  
ipse credendum sit. ut dicit sanctus Thomas in quo-  
libet. 2. 2. artic. 16. Si vero in sacris literis tale quid  
de aliquo pronuncietur/hereticum esset oppositum  
opinari. Sicut de Lazaro. de Zatrone. de Apostolis  
quibus dixit Dominus. Ego dispono vobis sicut de  
spoliis tibi pater meus regnum etc. Hoc autem ex  
alia causa non provenit nisi quod hoc ad supernatura-  
lem cognitionem pertinet in qua solum concilio cre-  
ditur ubi fundatur in sacra scriptura. et precipue de

impertinentibus ad fidem. Sacre vero scripture ne-  
cessario tenemur in omnibus absolute credere. Et  
ergo possibilitas delationis corporalis hominum a  
demone habeatur potius ex sacris literis quam oppo-  
situm. quinimo lumine naturali cognoscatur. ut  
sepius in superioribus est deductum/etiam si concilium  
aliquid asserat tale quid pro aliquo tempore  
vel aliquibus determinatis personis non contrigisse/  
se/non propterea putandum est esse determinatum  
quod id sit impossibile factum. immo quod plus est/non  
est illi (iuxta ea que supra inducta sunt) sic indubie  
adherendum/dum inquam asserit effectum quid contra  
id quod scimus esse possibile/ut non possimus opi-  
nari oppositum. Nisi enim comprober illud per sacras  
litteras/censendum est tale quid a concilio censeri  
probabiliter potest tenendum quam sub necessitate fidei. Quod  
quidem circa predictum articulum corporee dela-  
tionis in illo capitulo negatum sit. nec illud credere  
vel non credere factum/ad fidem spectat/sicut spe-  
crant illa quatuor de quibus superius dictum est. d.  
c. principaliter intendere/et quod ab errore in talibus  
anertere conat Christi fideles/ne fiant pagani de-  
teriores.

Non determinatur in. d. c. Episcopi esse impos-  
sibile illa fieri corporaliter que quandoque con-  
tingunt in somnis. Cap. 10<sup>m</sup>.

**Sciendum** est ultimo pro eo. cap. declarandum  
quod in eo non determinatur esse impossibile talia omnia fieri corporaliter. ut igno-  
rante purat Adversarius. Nam quod dicit (cum  
mentem cuiuscumque mulieris ceperit/et hanc per in-  
fidelitatem sibi subiugaverit/illico transformat se  
in diversas species personarum et similitudines etc.)  
non fit accipiendum est/ut illa coniunctio (cum) ha-  
beat vim inferende necessitatis antecedentis huius  
dicti ad consequens/ sed contingente seu possibili-  
tatis tantummodo. Intendit enim quod possibile est de-  
moni tales mulieres deludere tali modo. Unde si asse-  
rant se vere et in corpore depositari ad servendum dia-  
ne tanquam vni earum/nō propter hoc credendum  
est quod vana dea sit. et ei vel herodiadi ab aliquo ve-  
re servatur ut domine. Cum enim hec falsa sint ut  
edocet fides/oporret de necessitate dicere quod talia se  
credentes experiri/deludantur a Diabolo falsitatem  
omnium primo satore. Si vero nō dicantur aliqua  
contra fidem et ob hoc impossibilia esse vel fieri: sed  
potius asserantur ea que facile possunt contingere/  
puta quod multa fiat in opprobrium fidei dum eidem  
fidei baptismoque renunciatur/et quod ad hoc portetur  
a diabolo. ut facilius et sine timore in loco semoto per  
multitudinem fiant: non est hoc negandum ex inren-  
tione capituli illius. Immo si ratio iuncta experien-  
tie convincat quod diabolus hoc modo sue melius ma-  
licie satisfaciatur/non est contra capitulum illud quod sic  
fieri vel evenire credatur. Et ideo si talia denuncien-  
tur et rebus confirmantur de visu: et ab his preci-  
pue qui expertos se asserunt hec omnia vel similia  
non minus hec a iudicibus fidei credenda sunt/quam ex  
similibus indicibus tantum moti sancti Doctores cre-  
diderint minus credibilia. puta quod datur incubi ac  
succubi demones. ut in libro nostro deductum est.  
Et eo precipue quod determinationes conciliorum cir-  
ca fidem/theologorum proprium est declarare quo

## In Ponzinibium de Lamis.

intelligi debeant / et non canonistarum / et minus iuristarum. Et ideo si patres Inquisitores qui communiter profundissimi theologi sunt iudicent talia non contradicere predicto cap. non pnt iuriste absq; nota remissionis se eis opponere. Debet enim vnus quisq; gradu suo contentus esse / et suarum virum mensuram non excedere. Adito que diximus in primo opere nostro / incertum inquam esse an particulare vel generale fuerit illud concilium. an rite congregatum / vel etiam confirmata decreta eius per sedem apostolicam. quis auctor. quo tēpore. cum precipue inter concilia Generalia non annumeret. di. xvi. c. primo. Unde si liber sine certo auctore ex hoc ipso computatur inter apocryphos. multo magis Concilium predictis conditionibus incertū. Nec auctoritas Gratiani sufficit / vt eidem fides indubie prestari debeat: cū multa alia que refert inter palles computentur. Quod si etiam gērale riteq; congregatum / et confirmatum concilium fuerit / nō admittitur cui libet reclamandi facultas ad apostolicam sedē. vt supra probatū est / vt eius verba obscura / et que errorū occasio esse pnt melius declarentur / et exponant sibi debitū sensum. Sed et plures Pontifices declarauerunt inuenti modo talia / copozaliterq; fieri iudicant patres Inquisitores. immo processus eorū iudiciaq; confirmauerunt atq; sententias contra tales personas sceleratissimas. / et vt executioni mandarent. fauorem impenderunt. Sicut nuper etiā Clemens viij. precepit dño Governatori Bon. vt daret omnē fauorem patri Inquisitori Parmensi contra quosdam infectos heresi strigiat. Et breue incipit. Accipimus non sine animi etc. Hos aut dicit patres inquisitores in cursu plurima nequissima in oprobrium fidei committere / quorū gratia heretici iudicantur. Non potest ergo dici q; talia sicut tantū in spiritu aut in somnis sibi intentionē / et intellectū. Adversarij. Alias in somnis quis incurreret heresim. qd est falsissimum / cum nec etiam minimū peccatum in somnis per se committi possit. Immo sequeretur q; ppa qui contra predictos fauorē prestat inquisitoribus vt diximus / et non nisi aplica auctoritate. iam vt ppa erraret / immo faueret errantibus si contra determinationem concilij patres inquisitores sentirent. Nulla ergo concilij. cuiuslibet determinationis predictis inquisitorū iudicijs adversari potest. Sed qui eis potius aduersant / manifestissime fauer hereticis / et fidei catholice inimicis. vt ex premisis clarissime constat. Et cum addit vltimo adversarius non esse recedendum a dispōne textus illius per subtilitates sophisticas / et argumenta. verū est. Sed intelligitur a vera / et bene intellecta dispōne textus. qualem ipse non possidet intellectu / vt prolixè satis deductum est. Auctoritas etiā quam allegat ex. c. quidam. xxiiij. q. iiij. licet non sit ad propositum / qd loquitur solū de sacris literis noui ac veteris testamenti / inter quas non annumerant determinationes conciliorum neq; ad earum auctoritatem attingunt. vt supra deductum est. tamen adhuc dicitur q; predictum sensum quem dedimus / flagitat a nobis spiritus sanctus. vt diffuse supra pbauimus. nō autem sensum quem dedit Adversarius: immo est ei aduersus cum sit falsus / et ad heresim deducens. vt etiam infra tangeremus.

Et Rationem terram ex presumptione iuris assumptam: Septimam quoq; quia procedit hec a spiritu maligno. nequaquam prevalere. Cap. 11.

**Sexto** arguitur ab adversario. hoc habet presumptionem iuris / immo de iure probatur per. d. c. Episcopi. Ergo non admittit probationem in contrarium. vt no. in aut. sed iam necesse. C. de bona. ante nup. C. Solu. Immo non habet nisi apud non intelligentes iura vt intelligi debent. vñ contra tales admittitur probatio. Et si etiam contra habentia presumptionem iuris non admittatur probatio in iure: admittitur tamē in scientia superiorum. cui est iudicare / et examinare / an tale quid bene statuatur an non. et presumptio illa rite per rectum habeatur an ignoranter. vt sit in proposito. Quia nec ius nec rite accepta presumptio iuris contra determinationem theologorum inuenitur circa presentis questionis articulum. vt deductum est in precedentibus.

**Septimo** sic arguit. Procedunt hec a spiritu maligno / falso / mendace / et deceptorum / qui multos habet nocendi modos. Ergo magis debet dici falsa q; vera. Et sic processit capitulum Episcopi. C. Solu. Ex hoc q; horum omnium auctor principalis est diabolus / non sequitur q; omnia sit delusoria / et falsa. Sed bene sequitur q; omnia faciat intentione nocendi / siue vera sint siue falsa. Sophistica valde est ratio ista deducens ad manifestas hereses / et apertissimas falsitates. Si enim diabolus quia falsus est / et mendax atq; deceptor non nisi falsa / et delusoria dicit / et faciat. sequitur q; omnia que referuntur in Euangelio dicta per demones de domino Iesu / falsa fuerunt. Et sic falsum esset illū esse xpm / et filium dei. q; hoc dictū est a diabolo. quod est hereticum. Similiter omnia que comprobantur per eos fieri vel dici per maleficos vel arrepticios / opera falsa erunt vel delusoria: sicq; delusorij essent cruciatu / innumeraq; maleficia quorum ipsi sunt causa. Falsa essent omnia demonum dicta quā respondent exorcistis inuicti. que omnia cum sint manifestissime contra omnium sapientum extimationem / et contra id quod quotidie experimur / patet quid momenti habeat ista ratio ex cuius assumptionis principijs hec falsa sequitur. Veritatem ergo diabolus sepe dicit. sepe nō fallit neq; deludit. Sed hec omnia facit vt tandem validius decipiantur / ex his sibi fides ab iniquis prestatur. Quod nō accideret si semper falsitatem diceret / si semp deciperet / aut deluderet per cunctantes vel innocentes: sed potius ab omnibus etiam pessimis hominibus fugeretur / et vitaretur. Et quia veritatem etiam nō loquitur nisi vt fallat ideo Dominus non sinebat demones loqui etiam quod verum erat. vt haberetur. Luce. capi. 4. Et hec sufficient ad argumenta Adversarij q; in primo illo tractatu de Lamis. pro sua fantasia que continet falsitatem / inducit.

¶ Finis.

¶ Explicat primus Tractatus in Ponzinibium de Lamis. Incipit Secundus.

# In Ponzinibiu de Lamijs Apologia secunda.

**M**iso igitur eo qd primo propo-  
 sitionem / quomodo  
 inquam rones Aduersarij contra veri-  
 tatem sacre no procedunt. videndus est  
 illud qd 2° promissam declarare / quo  
 videlicet rationes quas pro opinione qua defendi-  
 mus ipse proposuit / no bn s; erronee soluat. Alias  
 aut rationes ad idē / in priori opere nostro produxi  
 latus. Prima ergo no pro nostra opinione ab Ad-  
 uersario vt eam soluat inducta / talis est.

**A**d rationem ex cōi strigum cōfessione sumpta  
 solutio dēpictur Ponzinibij. Cap. 1<sup>m</sup>.

**M**iqui sunt de secta strigatus / confiteri iuri  
 dice se ire ad cursum / et negare fides /  
 facere homagium diabolo / et alia que narrant. ergo  
 credendum est hec esse veram procedendum s; tales  
 sicut s; alios hereticos. Soluit aut dicens qd con-  
 fessio talium in iudicio est erronea et no admittēda  
 cum sint persone deluse. nec cōfessio ista continet ve-  
 ram aut possibile. et qd respuunt ista ius et natura /  
 confessio distat ab actu. Unde non valet dicere sic  
 farenur. ergo sic est. Et quicquid est cōtra naturā /  
 deficit in suis principijs. ergo naturaliter impossi-  
 bile. Itē nō statur regulariter in criminalibus cō-  
 fessione Rei / nisi in causa heresis mēralis: qd nō pōt  
 aliter probari qd per confessionem / non aut de actu  
 ad extra / et maxime de minus verisimilib; / vt sunt  
 ista. Pro p̄dictis aut allegat plures auctoritates.  
 iuristarum. Sed hanc solutionē falsa multa sup-  
 ponere super que fundatur / pater ex his que in pre-  
 missis tractatibus vicia sunt. Falsus est. n. primo qd  
 tales p̄sone sint a diabolo vniuersaliter deluse quo  
 ad articulos hereticos pp quos principaliter s;  
 eos procedunt patres Inquisitores. Unde licet in  
 aliquibus concurrentibus deludantur / non tamen  
 sequitur qd non possint vera confiteri que erronea  
 sapiunt aut patrarunt. Et iudicium Theologorum /  
 et quibus incumbit ex officio / non autem eorum qui  
 sunt puri legiste / erit distinguere et cognoscere an  
 iste sint delusiones vel non. Et s; allegata et proba-  
 ta / esse talia vel non esse cōtra fidem / procedunt ab-  
 soluendo vel condemnando de consilio perituum: cui  
 tamen cum stare s; iura non teneantur patres in-  
 quisitores / p̄supponunt esse periti in iure / et qd ius  
 ad ea p̄sertim que spectant ad officij suū. Unde  
 nemo se debet illis opponere sicut nec alijs iudici-  
 bus in his que pertinent ad forum suus. Falsum est  
 etiam / immo hereticum qd ista sint impossibilia ab-  
 solute vel scdm ordinem nobis reuelatum in sacris  
 litteris / licet sint impossibilia plurima naturaliter  
 s; virtutē humanam actiuam. Excedit enim vir-  
 tus demonis virtutem et potentiam hominis cuius-  
 cunq;. Juxta illud Job. 41. Non est potestas super  
 terram que ei valeat compari. Et loquitur de dia-  
 bolo et satana. Ex hoc aut bene sequit qd ius ciuile  
 / qd non nisi circa actus humanos non supernatu-  
 rales versatur / ista respuat / nō simpliciter tanq; fal-  
 sa / qd hoc nō pōt cognoscere aut intelligere s; se. s;  
 tanq; excedentia iudicium et potestatem suam. Et  
 hec est cā quare sancta Mater ecclesia noluit iudi-  
 cios super talia committere puris iuristis. qd vltra  
 hoc qd heresis est crimen spirituale cuius iudicium  
 soli spirituali et iudici merito reseruat / est etiam

de rebus que s; suam proprietatem facultate impossi-  
 bile est eos intelligere. Unde sequitur qd non possunt  
 per eos bene iudicari. sed solum per theologos quo-  
 rum proprium est ista cognoscere. Et propterea in  
 principio sancta Mater ecclesia commisit hoc offi-  
 cium solis fratribus predicantibus. in quibus pre-  
 alijs a sue institutionis primordio studij sacre Theo-  
 logie flozebat. In processu vero temporis etiā patri-  
 bus minoribus in aliquibus partibus demandatū  
 est merito tale munus. eo qd et ipsi (licet p̄ter suas  
 regulam) studio sacre theologie egregie incumbāt.  
 Et si dicat qd etiam Episcopis committitur hoc offi-  
 cium cognoscendi de talibus et iudicandi. Respon-  
 detur qd verum est profecto / et principaliter eis com-  
 mittitur. qd etiam ipsis incumbit ex gradu suo vt sint  
 perfecti Theologi cum habeant alios et illuminare  
 et pascere spūaliter circa perfectionem fidei ac bono-  
 rum morum. Debent etiam iuxta p̄tri insam esse  
 parati et dispositi reddere rationē de ea que in eis  
 est fides et vt boni pastores spūales / sibi subiectos ab  
 hereticis et tyrānis sicut oues a lupis toto suo con-  
 mine defendere. Et si aliqui non sunt tales. hoc est p-  
 accidens: et ipsi eadē viderint. Ad propositum igit  
 redentes / licet hec que supra facultatem naturalē  
 hominum sunt / respuat ius pure humanū. secus de  
 diuino: que tamē statuit iudicari humano more / s; in  
 inquam allegata probataq; / quantum fas est in ra-  
 tibus. Falsum est tertio qd in criminalibus nō ste-  
 tur cōfessione et ratificationi ipsius rei. si p̄uenerit  
 accusationes aut depositiones / testes et indicia suffi-  
 cientia / vt semper cōringit p̄uicq; contra tales ab  
 Inquisitorib; proferatur insa. Alias opposeret iud-  
 icem omnibus semper interfuisse que per Rei fa-  
 cta sunt. Neq; etiam sunt minus ista verisimilia cō-  
 siderata potentia simul et malitia demonum / multē  
 rudine quoq; omnigenis testium et reorum vbiq;  
 per christianitatem. Unde patet qd solutio Aduer-  
 sarij ad hanc primam rationem pro veritate factas  
 nullatenus procedit.

**A**d rationem ex experientia sumptam solutio  
 Ponzinibij reprobat. Cap. 2<sup>m</sup>.

**P**er experientiam que est rerum magistra. p̄-  
 mo descriptice fuerunt hec visa et cogni-  
 ta: Et harum est publica fama. ergo credende sunt  
 c. In nomine domini. de resti. Et precipue cum fa-  
 ma publica faciat fidem. c. cum oporteat. de accus.  
 ergo ec. Responder autem Aduersarius qd cum  
 ista contingant in solo spiritu / nō possunt per expe-  
 rientiam aut per testes de visu cognosci vel compro-  
 bari. quia supple spiritualia nō videntur: nec expe-  
 rimur nisi ea que sunt in corpore. Adde etiam qd si  
 subtiliter examinarentur qui dicunt se talem quā-  
 doq; multitudinem vidisse / non de numero illorum  
 existendo sed a longe vel quomodolibet / cognoscere-  
 tur qd vel non concludenter deponerent: cum ista di-  
 cantur contingere de nocte / et in loco solitario et p̄-  
 ter naturam: vel ipsos pariter deludī deprehende-  
 rentur. Sed solutio ista non procedit. quia cōrin-  
 gunt nunc etiam ista in corpore fieri. vt probatū est.  
 Unde possunt experientia cognosci etiam a testibus /  
 multo magis a reis et a participantibus in eodē cri-  
 mine. Patrum autem Inquisitorum est postmodū  
 iudicare / quā ibi delusio vel certe rei veritas inue-  
 ff

Ratio quinta.

Solutio / Ponzinibij.

Repro- batio so- lutio.

no p-  
luis.

So. p-  
ni.

Impe-  
rio  
Sol.

## In Pontinibium de Lanus.

nitatur. et a qua causa ista procedat. Neque enim di-  
perionas aliquas demones sic illuderent nisi per in-  
fidelitatem mentes earum prius cepissent / ut elici  
potest ex dicto. c. Episcopi. Unde semper vel causa  
vel effectus huius nefarii commercij hominum cum  
diabolo est Apostasia a fide. quam seruant et vigi-  
lantes / et pleno liberoque sensu vigentes / ut etiam ver-  
bis suis ostendunt. quinimmo alios quoque suis ad-  
hortationibus in idem damnationis baratru indu-  
cunt. Unde etiam si in predictis deluderentur / quod  
non est vniuersaliter verum / ut supra probatum est.  
habent tamen adhuc inquisitores ex officio suo con-  
tra eas procedere / sicut contra quoscumque hereticos.  
vel hereticas. Et quanto magis cum heresim et  
animum apostaticum preendant factis / de hocque  
seculiscunt / puta quod opprobrijs crucez sacręque Chri-  
sti corpus affecerint / et huiusmodi. **¶** Ad autem ista vi-  
catur fieri nocte communiter / verum est. sed semper  
locus perfunditur aliqua luce procurata per demo-  
nes ut possint seinuicem satis inueniri / conferre  
ad idem sepius nocturno siderum lumine. quo fir-  
etiam ut ab alijs hec longius prospici possint. ut per  
experientias in nostro opere corrigisse probauimus.  
Et licet hec fiant comuniter in locis ab habitatio-  
nibus hominum semotis / non tamen tanta est sem-  
per distantia quod a nullo habitaculo possint videri.  
Et si dixerunt loci habitatores quod vigilantes et pleno  
sensu talia viderint a longe vel audierint / proculdu-  
bio credendum est. Alias vnicuique licebit cum au-  
dierit referri que non vidit aut credit / simpliciter  
negare et dicere narranti / tu a diabolo deluderis vel  
delusus fuisti. Licet autem in tali frequentia coringat  
(ut sepe diximus) multa fieri preter naturam vel su-  
pra / per diabolicam potentiam que excedit huma-  
nam. concurrunt tamen multa naturaliter facta /  
sicut quod quandoque etiam pedestres iste maledicte per-  
sone conueniunt licet quęque velocius procedant de-  
monum. auxilio fultre / ut visu pluries comprobatum  
est etiam ab alijs. Quia vero presupponitur quod iste  
persone subtiliter ab Inquisitoribus examinentur  
magis quod possit per iuristas fieri / qui tot circa talia  
contingentia / et maxime preter naturam facta (pro  
ut diximus) non cognoscunt: que tamen cognoscit  
Theologi qui non sanguinem vel pecunias / sed Christi  
honoram fideique profectum sicut / eiusque depresso-  
nem abhorrent / ideo debet quilibet bonus et sapiens  
Christianus eorum examinationibus et iudicijs ac-  
quiescere. nec se illis preiumpuose ac ignoranter op-  
ponere. quando quidem sapientiores mundi hofes  
immo Pontifices et prelati ecclesie / non solum eorum  
iudicijs sunt contenti / sed eis etiam in talibus sa-  
torem prestant.

**¶** Reprobarur Soto. Pontin. ad rationem pro-  
bantem realem corporum delationem in cursu esse  
possibilem ex reali delatione qua Christus dela-  
tus est in montem excelsum supra pinnaculum  
templi. Cap. 3<sup>m</sup>

**Ratio tertia** pro veritate talis est. De-  
mon portauit Dominus  
nostrum in sanctam civitatem et in montem excel-  
sum. ergo potest alios homines multo magis portare.  
Re. Non debet. de re. iij. Quod etiam comprobati  
est in multis. ergo et bonum etiam delatio / presertim

cum iurata sit / concedenda est. **¶** Respondet Ad / Respon-  
uerfarius primo in hec verba. quod consequentia que Respon-  
sio 1<sup>a</sup>  
soluta  
fit de dicta confessione / est falsa. ergo argumentum  
quod fit de ea est fallax et nullum / quod destructo conse-  
quente in quo stat ratio antecedens / destruitur an-  
tecedens. Secundo respondet quod non sequitur. Diabolus  
portauit Christum. ergo portat has mulieres. Tertio  
dicit quod cum capi. Episcopi. negat ista fieri in corpo-  
re / negat consequenter possibilitatem huius delati-  
onis / quod quod est possibile / est admissibile. Cum enim  
precipiat talia non esse credenda fieri in corpore / ut  
eadem ratione quod sentias nec ista a maligno spiritu fieri  
posse nisi in spiritu et illusione. Ad eum simpliciter  
et absolute dixisset hec fieri tantummodo in spiritu  
et non in corpore: quod sicut que rerum natura prob-  
bentur / nulla lege confirmata sunt. **¶** Ubi repugn-  
tia. ff. de re. iij. ita que a natura conceduntur / a lege  
tamque possibilia admittuntur. Quarto dicit quod cum  
bene distinguens sit proximus veritati. **¶** Seneca /  
et indistincte loquens reprehensibilis sit ut imperfe-  
cte loquens. textus autem. c. Episcopi qui / supponit  
spiritu sancto dicente factus / non distinguit sed  
precipiat non credi ea fieri in corpore. sequitur quod  
nos distinguere non debemus. Quinto dicit quod non  
est verisimile patres illos codiceros. c. Episcopi / non  
fuisse memores delationis Christi et aliorum a demo-  
ne. et tamen his non attentis / dixerunt ista non fieri  
in corpore / inducentes ad hoc exempla Esch. et Pau-  
li. ergo dicendum est quod noluerunt exemplum illud  
de Christo et de quocumque alio attendi. Nam de ex-  
plis non est curandum. **¶** Item. c. de sententia. Et  
ea que raro accidunt non faciunt legem neque regu-  
lam. ff. de re. iij. ea que raro. Non enim debet fieri  
lex de resuscitatis a mortuis / eo quod Lazarus fuit a  
morte resuscitatus. Sexto dicit quod diabolo est ade-  
pta potestas a Christo. et est religatus in inferno usque  
ad aduentum antichristi / quo tempore soluetur a  
vinculis ut vires suas exerceat in malos. et ideo non  
potest modo exire ut poterit homines et alia faciat  
que referuntur. Septimo dicit quod Christus fuit a dia-  
bolo portatus ex permissione eius. unde si non con-  
sister de permissione Dei / non debent credi iste alie  
delationes. Octavo addit obiciens. Si diabolus sic  
potest / cur in paucis et abiectis personis tantum hoc  
facit / cum sit indifferens et vniuersalis temporis  
mundi? Nec possunt afferre tales persone indubito-  
rum de his testimonium. arg. ex. d. c. Episcopi. Sa-  
ma enim debet habere ortus a personis fide dignis  
et honestis. c. Cum oportet. de Accus. Sic igitur (in-  
quit) patet quod cum hoc argumentum de Christo po-  
riatur retorquitionem / sequitur quod sit inefficax.  
Quicquid autem fit de hac demonis potestate / prin-  
cipalis conclusio videtur vera. hec ille / vel ex illo. Imp-  
gnari  
Sol.  
**¶** Sed in his omnibus quatenus repugnant prin-  
cipali proposito nostro aberrat a vero. Et quo ad  
primum quidem dictum suum / dicimus quod conse-  
quentia illa in ratione tacta bona est inferendo ex  
facto ipsum possibile. quod ab esse ad posse valet conse-  
quentia / ut scientia logice docet. Et qui facit quod  
maius est / potest etiam facere quod minus est / et quod est  
equale est saltem actu vel virtute etiam si non sem-  
per formaliter. Sicut qui potest generare hominem non  
potest generare asinum / nisi virtute seu potius emiserit /  
quod dignius

quodignis alino generare potest. Unde non debuerat dictram consequentiam negare/nisi ad probatio nem eius factam in argumento satisficeret/si vinculum illius fugere cupiebat. Et quod dicitur ideo argumentum esse inefficax qz consequentia est falsa/ est probare idem per idem/qz argumentum illud no est nisi illa consequentia. Sed comparimur. C Quod vero addit qz destructo consequente destruitur antecedens / verum est si consequentia bona sit. Sed contra posito antecedente/vr hic ponendū est per fidem/ponere oportet etiam consequens/sim eandē necessitatem/vr logica docet. Hec autem consequentia probata est esse bona. C Scdm etiam dictuz suū non procedit. Neqz sit ista consequentia a sapientibus. Christus fuit portatus a diabolo &c. ergo iste mulieres portantur. Forse Adversarius vidit aliquam apparentiam in hoc modo arguendi. & ideo sic argumentum formavit. Sed nullas apparentias habet nedum apud logicos/verum neqz apud mediocriter ratione vigentes. Sed ex illo antecedente bene inferitur. ergo iste mulieres possunt portari ab eodem/considerata potentia naturali eius que semper est eadem/& considerata ex hoc Christi facto regula provident se divine/vr non solū permittat homines a demone spiritualiter ceptari / sed per mutationes etiam atqz molestias corporales. Ad autē de facto portantur / alia via conuincitur ab huius cause iudicibus.

Delationem corporalem personarum a spiribus esse impossibilem non probatur in dicto. c. Episcopi. Cap. 4<sup>m</sup>.

**Tertium** etiam eius dictuz patet ex precedentibus esse falsum. Neqz enim talem delationem esse impossibilem probatur per. c. Episcopi. neqz precipit talia no esse credenda quasi sint impossibilia. alias contradiceret Evangelio. sed bene precipit non esse credendus illas mulieres no esse de facto portatas ad seruiendū Diane quasi deo residēti in aliquo determinato loco distāte/ad quā per longa terrarum spacia portarētur. vr putabāt / & dicit etia qz eis contingebant virtute diaboli illusiones &c. Et sapienter dictum est. qz talem delationem non habebat necessariam neqz vr ille diabolus ad finem in quē deducere satagebat mulieres illas/vr videlicet crederent que erant contra fidē de pluralitate deorum/& conversionē hominum in deos/vr paganorū error habebat. Presentis autē delationis malitiosam & versutam causam seu rationē. habet nūc diabolus. de qua supra dictum est. Unde cum non sit eadem ratio precipiendi / non idem ēr precipi facile deducitur. Et consequenter ex eo no sequitur qz sicut non ille/ita nec iste portantur. Et multo minus precipit capitulum illud tale quid non esse credendum quia talis delatio sit absolute vel etia ordinarie impossibilis. Reges et admittunt non solum qd est possibile per naturam sed etia per altiorum virtutem/cuiusmodi est diabolica virtus licet de talibus non se intromittant/vr sapiant vel iudicent qualia sint. sed bec superioribus legibus hoc est Theologalibus deferunt discutienda. Alias nullum miraculum/nullum etias angeli vel diaboli opus admitterent canones aut supponerēt leges civiles. Quod falsissimū est/cū sint plurime a Christi

fianissimis Imperatoribus promulgate. Christiani autem habent talia de necessitate concedere.

C Falsum est vterius quod assert quartum dictuz suum. immo tex. d. c. Episcopi. distinguit que sunt contra fidem ab his que non sunt contra fidem. vr ex supradicta declaratione capituli in responsione ad quintam rationem Adversarij patere potest: & similiter in primo nostro opere in solutione primi argumenti. Zicer etiam non sit necessarium omnes textum explicare omnem distinctionem quam admittere pot. Alias nullus indigeret glofa / nullaqz regula pareretur exceptionem. C Falsum est etiam quintum dictum eius/inmo periculofum valde est dicere qz textus ille indistincte precipiat ista non esse credenda/& qz non fiant in corpore / quasi non possint fieri in corpore / & qz nihilominus recordarentur patres illi Christum fuisse portatum in corpore super montem a diabolo &c. Annuit enim iste modus loquendi qz vel Evangelio non est credendum/vel concilium cui. putat standus in omnibus/docet falsa/& precipit contraria Evangelio quomuz neutrum sanam promit fidem sic dicentius. Quod ergo illi patres fuerint predictorum memores/non negamus. Sed qz non ista pro tunc attenderint/no fuit qz non curaret de illo exemplo si fuisset ad propositum suum: sed qz non faciebat pro decreto suo/ neqz illi contradicebat. eo qz non negarent possibilitatem talis delationis quaz illud inferebat exemplum. Dicere autē absolute qz non est curandū de illo exemplo/est dicere qz non sit curandus de enageliot quod qzram fidem pretēdar in dicente/quisquis is est viderit. De exemplis etiā non est iudicandus vr aliquis condemneretur solum exemplo alterius damnari/qz posset ille non iuste fuisse damnatus. sed est curandum ad inferendam aliquam possibilitatem absolute/si per exemplum (vr hic accidit) inueniri comprobetur. Unde patet qz auctoritas ista non est ad propositum. Et hoc sepe contingit Adversario in his suis tractatibus/inducere in quas tam Philofophorum qz legum auctoritates non ad propositum & cum fallacijs amphibologie/vel equiuocationis/vel figure dictionis. Qz si forte Aristo. inducat dicens in primo priorum de exemplis. qz ponunt non qz semper ita sit / sed vr discentes assentiant. Respondetur qz Aristo. hoc dixit qz pro exēplo inducitur sepe qd falsum est vel fictitium/ex eo qz no queritur quoz similitudo ex suo esse/sed ex sua rōne quam importat. Si vero summatuz similitudo vel queratur ex eo qd est aut fuit in re/per exemplum/valde curandum est ne falsa dicantur aut introducantur pro veris. Et sic est in proposito. Quia super veritate predicti exempli de Christo fundatur/& ex ea inferitur veritas possibilitatis predictę delationis. Unde hanc negare/est negare Evangelium. Et qd addit hic homo qz ea que raro accidunt no faciunt regulam/si intendat de his que accidunt a casu vel a fortuna/verum est qz non cadūt sub regula qz sint nunc vel tunc/hoc vel illo modo facienda: licet etia sub hac regula legali cadant qz non sunt ita iudicanda sicut ea que ex intentione facientis procedunt. Sed ea que licet raro accidunt/tamen vel necessario vel ex intentione nature vel ageris a proposito & sim directionem rationis pronentunt/ista inquam

## In Pontinibus de Lanis.

eadem sub regula si sint moralia vel civilia. Sicut videntur leges et regule circa electores Pape et Imperatores et circa multa alia rarissime contingentia. Sicut etiam est scientia de his que raro contingunt sed tamen necessario in natura pura de eclipsibus. Et: umquam ea que consueverunt strige tam nunc raro non accidunt. sed quod frequenter/ut ex processibus carum patet.

**C** Diabolum sic in inferno religatum teneri quod non possit ad nos temptandos accedere/ sapit heresim. Cap. 5<sup>m</sup>.

**Sextum** etiam dicitur Aduersarij non procedit. sed innotuit dicentem / valde ignarum sensus sacre scripture, et habere periculosum sensum de illa diaboli religatione: hunc inquam quod diabolus sic sit per mortem Christi ligatus in profundum inferni quod non possit ad nos temptandos accedere. cuius contrarium docuit Christus quando docuit potestatem Apostolorum et successoribus eicidendi demonia. Docet Paulus qui dicit ad Ephe. 6. quod non est nobis colluctatio aduersus carnes et sanguines/ sed aduersus principatus et potestates/ et aduersus spiritalia nequie in celestibus. Docet Petrus qui dicit. prime Pet. 5. quod aduersarius noster diabolus circumquirit querens quem deuoret. Docet denique tota Mater ecclesia concinens. Mundus caro demonia/ diuersa moueret prelia. Docent omnes Theologi demonstrantes quod substantie spirituales ibi demones sunt/ vbi operantur. Unde si in inferno demones omnes religati sunt/ nihil poterunt in hoc mundo penitus operari/ neque homines etiam spiritaliter aut corporaliter temptare vel molestare. contra manifestam omnium doctorum catholicorum sapientiam/ et communem vulgatissimamque experientiam. Mirum quod talia non aduerterit Aduersarius cum sit Christianus/ et putet se in talibus non ignarum. Dicitur autem religatus diabolus per passionem Christi: quia iam non habet potestatem quam prius habebat/ impediendi liberum sanctorum transitum ad celestia/ cum sine macula decedunt vel purgari reddunt. Aperta est enim modo Janua paradisi talibus sanctis animabus/ soluto per Christi passiones precio/ ad quod tota natura humana propter peccatum primi parentis erat obligata. Et hoc impedimentum potestati diaboli attribuebatur/ eo quod deuicerat temptando primum parentem: et ob hoc in seruum eius/ totum fuerat redactum genus humanum: quia a quo quis victus est/ eius seruus factus est. prime He. 2. Nunc autem quia per Christi sanguinem sumus a tali seruitute redempti/ sic erepti de potestate eius ut non habeat potestatem impediendi transitum animarum aut eas detinendi/ dicitur esse ligatus. Postro etiam quod princeps demonum qui quasi a toto mundo ante aduentum Christi adorabatur/ et ex hoc vocabatur a Christo princeps mundi huius/ esset sic (ut Aduersarius imaginatur) in inferni veragine ligatus catenis vel funibus/ nec posset per se et immediate quequam temptare/ nuncquid per hoc sequitur quod non posset homines temptare aliorum ministerio vel obsequio/ et per eosdem omnia facere que narrantur de strigibus? Dicitur etiam religata potestas diaboli/ non quia non eandem habeat cum augmentata indicies malicia/ sed quia non tantam super boves exercere

potest ut antea faciebat/ coercens nunc est sanctorum angelis/ et se validius defendentibus sanctis bonis per virtutem sacramentorum que ex passione Christi et originem et vigorem habent. Potens autem potestatem tempore antichristi reassumeret permittente domino/ et sic exigente defectu fidei. qui vniuersaliter pene erit in mundo.

**C** Non permittente deum a diabolo striges decipi sine ratione dicitur. Cap. 6<sup>m</sup>.

**Septimum** quoque dicitur Aduersarij non procedit. Nam quid permittat deus vel non permittat / non potest sciri nisi ex reuelatione in supernaturalibus / vel ex euentu in alijs. Cum ergo permittit reuelationem corporalem in Christo. et ex hoc cognoscatur id esse possibile fieri circa alios/ etiam si per rationem naturalem non cognosceretur/ non debet negari deum non permittente tale quid in alijs reperiri: cum de euentu habemus rationabilem causam nisi comprobaretur repugnare sacre scripture vel signo ei equialenti/ puta si per verum miraculum/ comprobaretur hoc non permitti a deo in alijs: vel certe repugnaret expresse determinationi ecclesie. que in proposito non inueniuntur. ut dictum est. Unde cum habeamus humana indicia huius effectus quod non possunt de eo haberi/ per testes et confessiones/ per causas et effectus. ut in primo opusculo deductum est/ valde stolidum et obstinate mentis est ista negare a deo esse permittenda. Ad oppositum autem non habemus nisi rationes valde Sophisticas vel procedentes ex malo intellectu sacre scripture et canonum/ vel ex ignorantia potestatis demonis et modorum quibus ista possunt fieri vel non fieri vere delusione. Et cranum etiam suum dictum non mouet. Ideo enim diabolus viles personas sic magis temptat / quia eas facilius per voluptates trahit/ quibus de se priuare sunt. Priuatio enim/ maiorem generat appetitum. Et indigens rem partam auidius conseruat / fortius illi a quo tale bonum habet inherens/ ne forte si ab eo recedat/ amittat quod a deo concupiscit. Nobiles autem et diuites / commoditatibus et delectationibus abundant. Sapientiores autem prestant iudicio et timore dei. et ideo etiam si forte ex curiositate quibus in talibus sint prolapsi/ citius tamen isthec abhorrent et derelinquunt. licet hoc et sit omnibus difficile propter magnam potestatem quam in eos iusto dei iudicio ob criminum enormitatem accipit demon/ etiam quo ad corpus. Et quod additur/ talium non esse acceptandum testimonium. patet quod ignoranter loquitur. et contra text. c. In fauorem. de hereticis. Unde non est aliter audiendus in hoc. Fama quippe debet oriri regulariter a fide dignis et honestis/ sed infamia ista potest et ab alijs oriri omnimodo notitiam criminis habeat / a cuius accusatione soli inimici capitales excludunt. Hec et oriri et causari infamia ex propria confessione/ etiam ea que sunt sufficientia indicia ad interrogandum/ non essent indicia sufficientia ad damnandum. Predicta autem omnia sepe concurrunt in processu per tales personas. Patet igitur quod Solutio Aduersarij ad illam rationem/ ex omni parte deficit.

**C** Sol. Pontin. ad rationem sumptam ex appetitu quo se diabolus cupit adorari simul ac ipsa ratio infirma esse manifestatur. Cap. 7<sup>m</sup>.

Quarta



